




BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII 3,227







H O N E S T U S  
H O M O

*Sive*

A N S P L A C E N D I  
I N A U L A

*Ex Gallico opere Fareti versa  
— in Latinum.*

a

C A R O L O O G I N S K I

*m. Alb. Walsman*

~~FRANCKE, A.~~  
~~FRANCKE, A.~~

Typis Idsardi Alberti, ejusdemque &  
Joannis Arcerii impensis, Anno 1643.

4.378


HOMER  
AND PLACENT

XVII - 3227 - I



[Redacted section]

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



GENEROSO

ET

MAGNIFICO

DOMINO

D. SAMUELI OGINSKI,

Palatinatus Trocensis in Ma-  
gno Ducatu Lithuaniae Officia-  
rio dignissimo,

*Parenti aeternum honorando.*



Onestum Hominem  
togâ Romanâ & gra-  
vitate veneranda con-  
spicuum fisto Tibi Pa-  
ter colende. Qui cum  
verecundus esse inter honesta-  
tem reponeret, me Filio tuo ma-  
nuctore usus, omnem se cul-  
pam importunitatis effugisse spe-

(\*) 2

rat.

## DEDICATIO.

rat. Autor est dignus ab omnibus  
legi qui Honestati student, quem  
ego è grato Linguæ Gallicæ car-  
cere non invitum in campum La-  
tinum emisi, pluribus uui fu-  
turum, & magis communem  
feci. Ipsum nomen Honestatis  
tantò plus Tibi hoc quicquid est  
scriptiois acceptum reddet,  
quantò magis Tu ipsam rem Ho-  
nestatis usu & assiduitate ad eò  
excoluisti ut (non serviliter &  
projectè adulando, sed ipsam rei  
veritatem dicendo) Ideam Tui  
ipsius visurus sis, nec aliud quic-  
quam interfit nisi quod Tu vi-  
vum exemplar Honesti Hominis  
hoc typis excusum cernatur. In  
aula Regis, in Reipub. negotiis,  
in conversazione civili & amico-  
rum



## DEDICATIO.

rum obsequiis vera lineamenta  
 & archetypos honestatis in Te  
 agnoscunt omnes qui virtutem  
 cognoscunt. Neque enim mihi  
 pietas in Parentem vel metus in-  
 currendæ inanis gloriæ imponit  
 necessitatem detrahendi aliquid  
 de justis & meritis laudibus Tuis  
 ubi commune omnium qui Te  
 propiùs norunt suffragium me-  
 cum loquitur. Recipies ergò pa-  
 terno animo Hominem Hone-  
 stum inter delitiosa Linguæ Gal-  
 licæ studia mihi natum, à stylo  
 & versione opus exiguum, à Ma-  
 teria & argumento satis magnum,  
 neque oculis Tuis indignum, qui  
 ad antiquæ gentis nostræ deco-  
 ra, nova generosæ Honestatis in-  
 diem augmenta addere pergis,

## DEDICATIO.

nec unquam contentus es maximam partem Nobilitatis Tuæ in muri pigmentis vel sepulchri Epitaphiis reponere; sed ad Natalium splendorem qui instar virtutis cujusdam naturalis est addis Tuum quoque è factorum gloria relucentem. Et manet adhuc infixum animo meo aut præceptum enitendi ad Honestatem è Tuo ore non rarò auditum, aut Virtutis à Te adamatæ frequens commendatio. Itaque licet Honestus Homo faciliùs scripto ostendatur quàm vitâ exprimat, quia tamen locorum distantia & me ab oculis Tuis, & Te à vitæ meæ inspectione removet, absens hoc quantumcunque est, Tibi offero, satis


## DEDICATIO.

tis habiturus si paterno vultu filii  
 observantiam demissam acce-  
 ptaveris. Quod idem contra  
 quorumcunque malevolorum  
 linguas validum fore arbitror:  
 Nam neque alteri cuiquam pla-  
 cere præterquam Tibi proposui,  
 nec filium usquam securius de-  
 litefcere contra obtrectatores  
 posse quàm sub paterni affectus  
 scuto, existimavi. Vale Magnifice  
 Generose & Honoratissime Pa-  
 rens, Deus Te diu felicem & in-  
 columem ad Laudem suam,  
 Reipub. commodum & generis  
 nostri decus conservet. Dabam  
 Franequeræ.

*M.M. & G.G. V. Observantissimus*

Filius

CAROLUS OGINSKY



Ad Lectorem.

**Q**UOD Sallustii Catilina  
verissimè dixit: verba  
non addere virtutem  
ignavis, hoc ipsum ego  
dicam, Res non fieri  
meliores verbis & commendatione  
si bona à seipsis non fuerint. Suspe-  
cta merx est qua emptorem non in-  
venit nisi laudibus ascititiis onerata.  
Idem de meo Honeſto Homine affir-  
mo, eum si se ipsum Lectori suâ bo-  
nitate non commendaverit à ver-  
bis meis & encomio non placiturum.  
Sed neq; hoc unquam volo, ut quod  
naturali venustate deſtitutum eſſet,

AD LECTOREM.

meo fucō indigeret, vel per meum  
 elogium res in titulo plus ostentaret  
 quam in pyxide haberet. Autor  
 Gallicus est (quem Praeceptorem a-  
 blicum vocare aequissimo jure ausim)  
 à me Latinitate donatus, qui aliàs  
 dignus erat, si quid judicare possum,  
 felicioris ingenii interprete in ela-  
 boranda versione, aut tali saltens  
 qualis est in ipsa Gallica nativa  
 Lingua, quippe qui sermonem E-  
 loquentiâ consummatâ divitem  
 cum salubrium monitorum Politi-  
 corum consortio feliciter adeò jun-  
 xit, ut omnes quibus familiarius  
 idioma Celticum cognitum est, non  
 inviti hoc ipsum daturi sint. Si quis  
 tamen me otio meo abusum esse &  
 in re tenui laborem tenuem dixerit,  
 non invitè largiar, sed hoc tantum

AD LECTOREM.

præli errata à meis secernat. Non  
 pauca occurrent verba à me ne cogi-  
 tata quidem ( & quod indignius est  
 in tam exiguo opere ) aliqua verò  
 mea omiffa. Imò & Pluralis Nume-  
 rus alicubi pro singulari, tum Casus  
 variati, & Tempora interversa  
 nonnunquam sunt. Pari ratione, sic-  
 ubi hæc verba: Virtuti circumstare  
 vel Virtus circumstat inventa fue-  
 rint, pro ineptiis per meam absen-  
 tiam coactam & Typothetæ incu-  
 riam foliorumque castigationem ne-  
 glectiorem, non agrè Lector acci-  
 piat. Ut qui scrupulos inter triticum  
 inventos à spicis ipsis & frumento  
 enatos fatuè credit, idem hic sentiat  
 Lector æquus, & me sponte sua tam  
 à Latinitatis quàm Orthographiæ  
 ignorantia absolvat.

## AD LECTOREM.

reponam, me ista mihi & meis Musis cantasse captum Linguae dulcedine quam meus Taretus miscuit honesto. Lectores mihi sufficient aliquot honesti, vel si ne hi quidem erunt unus ipse mihi sufficiam, imò nullus mihi sufficit potius quam multi maligno præjudicii morbo & hoc seculo satis frequenti, fascinati.

Cæterùm cum hic autor non solum in præceptis viam nondum calcatam insistat, verùm etiam formulis loquendi, quæ vel prorsus Latinitatè non admittunt, vel non ita commodè reddi Latine possunt frequentissimè utatur, ideò margini foliorum ea adscribenda esse censui, quæ longiori paulò periphrasi exprimendam mihi fuerunt.

Sed Lectorem benevolentem in eo quoque monitum esse velim ut  
 præli



A D

*Nobilissimum juvenem*

CAROLUM AB OGYNSKI  
Equitem Polonum

*Scriptorem Gallicum interpretantem.*

**Q**ui cecinit puris fugiendam mentibus  
aulam,  
Virtutemque illo non habitare loco.  
Aurea ubi in celsas surgunt fastigia turres,  
Et Lybicum è barri dente renidet ebur.  
Is mihi crudeli visus servasse Tyranno,  
Et grave sub Domino sustinuisse jugum.  
Semivirosq; greges, impuraq; monstra notasse  
Et quantum scelerum fecerit una Pharos,  
In Duce Romano, primo qui Solis ab ortu,  
Et quà cæruleo proluit amne rotas  
Intulit augustis victricia signa Theatris,  
Et Capitolino fercula terna jovi.  
At qui semideos, mortalia numina, Reges,  
Sceptraque laudatæ sustinuere manus.  
Hi bene fœlices, atque aurea secula nacti  
(Qualia Saturno Rege fuisse ferunt.)

Lauda-



Laudavere suis regales verbis aulas,  
Virtutemque illo deposuere loco.  
Quod facis eximie, regnoque includis ho-  
nestum,  
Et donas populis verba Latina tuis.  
Hinc tibi Sarmatic, nectet tibi Gallia laurum,  
Offeret & frondem tertia Roma suam.

PERIUS WINSEMIUS  
Illustr. Ord. Hist. Eloq.  
& Histor. Prof.

*A Monsieur*

O G E N S K Y

*Sur sa version*

D E

L'HONNESTE-HOMME.

S O N N E T.

**T**OY qu'on a admiré es conclaves des Rois,  
Aqui tous les vertueux ont dressé des Autels,  
Honneste-Homme, qui as ravi tous les mortels,  
Et de qui les maximes leur ont servi de lois.

Toy à qui\* l'Italien l'Espagnol, & l'Anglois  
Ont rendu des hommages qui seront eternels.


Toy que la voix Publique, & les voeux solempnels  
Ont chargé de louange cent & cent mille fois.

Ta gloire n'a jamais esté si haut montée  
Qn'en ce divin portraiët on l'a représentée  
FARET, ce grand Genie, luy a donné naissance.

Ce vray Imitateur de tes vertus, plus rares  
Luy à basti ce Temple & erigé ce Phare  
Qui de tous les humains t'acquiert la cognoissance.

\* Parce qu'il a esté tourné en Italien, Espagnol,  
Allemant & Anglois.

A. T H E S S E R R E.



*A Monsieur*

O G E N S K Y

*Sur sa version*

D E

L'HONNESTE-HOMME.

E P I G R A M M E.

**Q**U'as tu besoing de faire voir,  
Combien l'Honneste-Homme a d'ap-  
pas ?

Tu faus, en offrant ce miroir  
Qui te voit, ne le voit il pas ?

*Idem trimetris Iambicis.*

**M**ONstrare tentas cur, quot in se continet  
Dotes Honestus gratiis plenas Homo ?  
Ejus tabellam curue nobis exeris ?  
Erras; eam nunquid videt, qui te videt.

A. T.

## Typographus Lectori.

**L**ector Benevole, quum intellexerim me ab Interprete in Praefatione incuria accusari admissa in hoc Opusculo excudendo: paucis Te monitum velim, nullam meam vel incuriam, vel negligentiam omnes istos errores irrepisse, veluti ex omnium Probarum, ut vocamus, seu castigationum, quae penes me reservantur, Collatione cuiusvis poterit constare: sed totum hoc imputandum esse correctori partim, partim & Interpreti: isti, cum, quae male scripta erant in autographo alterius, non emendarit; huic, quia mala pro bonis nobis obrusit, velut, me tacente, passim in Dedicatione & praefatione, quarum tamen errata in Catalogo Erratorum non recensuit, patet; ut cum inter alia, secunda Dedicationis pagellam pro Cernaris, nam in secundam personam Patrem alloquitur, scripserit, Cernatur. Qualia sunt reliqua, cum Numeri, vel Casus, vel Tempora &c. sunt variata. Me igitur Lector excusatum habeo, quin & expectet semper optima, modo ne vel boni autographi, vel saltem boni Correctores desint.

I. A. Typ.

# Honestus Homo

SIVE

## ARS PLACENDI IN AULA.



I non-omni ex parte  
constituat Principum  
Aulas Ambitio, dici  
tamen potest, eam  
esse, quæ ad tam im-  
mensam usque mag-  
nitudinem illas in-  
tumesce facit, ut sæpissimè Mag-  
nates ipsos in odium propriæ glo-  
riæ deducat, eisque reddat pompam  
quâ sunt circumdati intolerabilem.  
Naturalis quædam cupiditas, quâ in  
honoribus opibusque consequendis  
omnes ferè jugiter homines ferun-  
tur, eos huic pulchræ sensim inve-  
luit & obligat confusione; ac per-  
pauci reperiuntur satis sapientes, qui  
ne ab hoc lenocinanti & ferme gra-  
to, inter tot objecta cum transun-  
dentia, morbo opprimantur. præca-

EFFI-  
GIES  
AULÆ.

A

vere

*Rex Principes & Magnates.*

*Mitioris  
fortuna ho-  
mines.*

*Fortuna &  
vicia eam  
sequentia.*

vere valeant. Principes Magnatesque circa Regem lucida referunt sycera, quæ ab ipso totum hauriunt & mutuantur suum splendorem, iterum in hoc magno cum confundentes lumine; Et quanquam eorum non appareat fulgor, nisi ex quo ab eo remoti sunt, non est tamen unquam vividus, & in suo nitore perfectus, nisi in quantum prima hæc in eis effunditur gloriæ scaturigo, atque eis quosdam certos suæ dissipitur magnificentiae radios. Maxima reliquorum pars ab hoc igne devoratur, potius quam ab eo calefiat; ac Fortuna quæ suæ favitiæ & levitatis illustriora in hoc theatro exercere tela delectatur, mille ambitionum perniciæ & ruinâ ludit, ut unicum ad illius præcipitii fastigium evehat, quod omnibus ferme illis qui se ejus aura & blanditis excæcari sinunt, præparat. Invidia, Avaritia & Ambitio, quæ sunt ipsius perpetui comites, potissimum cum ea circum Reges suam figunt sedem, quò mercenariorum prope infinitam ingeniorum multitudinem attrahunt, quos cupiditatis inexplebi-

lis enormitas suavi tranquillâque  
 vita contentos esse non sinit, ut eos  
 in tumultus quibus frequenter Aalæ,  
 non secus ac vasta continuo agitan-  
 tur maria, projiciat. Illic est, ubi  
 odium & discordiam inter vel maxi-  
 mē proximos hæ Furia disseminant,  
 undiquaque prodiones ordjuntur,  
 atque in ipsis animabus, quæ non nisi  
 generositatis impressiones ex natura  
 habebant, ignavia & abjectæ h mi-  
 litatis semina germinare faciunt.  
 Illæ sunt quæ tot exitiosa inspirant  
 suscepta, quæ tot inter se homines  
 committunt, quæ tot florentes Mo-  
 narchias desolant & evertunt, &  
 quæ denique universum societatis  
 ordinem tollunt & perturbant, quæ-  
 ve sanctissimas quæ in hoc orbe ter-  
 rarum leges observantur violant.  
 Inter tot perniciofa quæ illæ proge-  
 nerant pericula, mihi videtur, quod  
 qui eas sectantur nimium consilio-  
 rum ut ab infortuniis, quæ eas co-  
 mitantur, se protegant habere non  
 possint: quodque nemo in tam firma  
 & secura sede sit positus, quem po-  
 tentiorum autoritas aut æqualium  
 invidia aut infimorum malitia, eo  
 ipso

*Necessitas  
 consiliorum*

ipso, quo in prosperitatum apice consistit, momento disturbare non queat.

*Argumentum huiusmodi discursus.*

*De præceptis, de eorum utilitate & debilitate.*

Certè quidem meum institutum est, dotes tum animi tum corporis quibus, ille qui in Aula acceptior esse vult, instructus esse debet, magis necessarias, hic quasi in contracta quadam tabula ob oculos ponere. Verùm fingere sibi quod consilia mea illi extra rotantis fortunæ aleam ponere possint, ne ipsam alii qui eodem collinant in ascendendo retardare, aut ubi ascenderit illum inde deturbare possint; est magis ridiculum, quam ut in sensum rationalem cadere queat. Præcepta ducis tantum vices obeunt, & ex se ipsis nihil exequuntur; facilitant quidem principium, & rerum quas suscipimus progressum, verùm aliquid perficiendi vi distituuntur; atque tantummodo cum his externis adminiculis ad culmen usque perfectionis, cuius non nisi crassam habemus Ideam, assurgere possunt, qui felici sydere nati sunt.

Verùm ne ordinem quem mihi proposui, quantum fieri poterit infinitam



finitam rerum multitudinem, quæ  
 in hoc argumentum scribi possunt;  
 in compendium redigete, turbem;  
 Dicam primò, maximè necessa-  
 rium mihi videri, ut is qui in hoc  
 magnum mundi commercium in-  
 gredi vult, sit Nobilis, & ex familia  
 aliquo luculento facinore insigni-  
 tâ natus. Non tamen quod eos qui  
 sibi id beneficii à natura denegatum  
 habent proscribere vellem. Virtus  
 non gaudet conditione affectatâ,  
 exempla que satis obvîa, eorum sunt,  
 qui ex humili nativitate, a heroï-  
 cas actiones & illustres dignitates  
 se evexerunt. Nihilominus tamen  
 fatendum est, illos qui illustri loco  
 nati sunt, ut plurimum naturales  
 quosdam instinctus ad amorem vir-  
 tutis, qui aliis non nisi rarò obtin-  
 gunt, habere; videturque eos natu-  
 raliter illis accidere, cum in aliis  
 non nisi casu reperiantur fortuito.  
 Certa quædam boni malique semina  
 unâ cum sanguine manant, quæ  
 temporis progressu in nostris animis  
 germinant, in nobisque bonas aut  
 malas qualitates progenerant, quæ  
 nos aut amabiles aut toti mundo in-

*De prerogativa Nobilium.*

113

113

JB
 visos reddunt. Illi quorum Antecessores facinoribus memorabilibus clarum sibi nomen compararunt, aliquo modo obstricti sunt sibi apertæ viæ tenaciter insistere: Et Nobilitas quæ instar facis alicujus claræ illorum præluce actionibus, hisce domesticis exemplis illos ad virtutem stimulat, aut ignominie metu vitium ipsius abhorrere & desistere facit. Et certè, sicut illi qui inter plebem nati sunt, non ulterius tendere a progredi, quam illi ex quibus prognati sunt, se astrictos existimant; sic etiam qui excelsa loco oriundus est, vituperio dignum esse censeret, si saltem eundem famæ gradum quem ipsius Majores ascenderunt, attingere non posset. Hisce adjicio excellentis cujusdam viri in hac scientia opinionem qui asserit potentissimum philtum ad subito in bonam existimationem eorum quibus arridere studemus irrependum, illustrem nativitatem esse. Atque nullum dubium est, quod ex duobus hominibus æquè benè compositis, qui in cœtum aliquem devenirent, quin adhuc sui ullam impressionem

JB

sionem, quæ quantum valerent di-  
 gnoscere faceret, dedissent, tamque  
 notum fieret, alterum eorum Nobi-  
 lem esse, alterum verò minimè, ne-  
 cesse esset ut multum temporis im-  
 penderet posterior, antequam de se  
 bonam opinionem disseminaret,  
 quam Nobilis momento per solam  
 suæ Prosapiaë notitiam sibi acqui-  
 verat. Præter hæc, denique assero  
 tantas esse Nobilitatis adhaerentes  
 prærogativas, quod homo patri-  
 judicii virilisque animi qui hoc be-  
 neficio destitutus obsecundantibus  
 ventis in Aula subveheretur & na-  
 vigaret, posset singulis diebus in  
 mille erubescendi oculosque deprimendi  
 occasiones incidere. Verum  
 quidem est, in omnibus conditio-  
 num generibus reperiri, quibus se-  
 cretâ quadam cœli indulgentiâ da-  
 tum est, tot animi corporisque doti-  
 bus comitatos nasci, ita ut natura  
 ipsa videatur, in illis, propriis suis  
 manibus formatis & elegantis ac  
 leporibus gratius animos hominum  
 delinientibus, aptioribusque ad vo-  
 luntates eorum sibi devinciendas  
 ditandis, sese oblectasse. Sicut  
 etiam.

*De felicis  
 Nativitate  
 de ingratis  
 & mediocribus.*

etiam ad eò infelici sydere nati inveniuntur, ut dicerentur ferè per vim ac coactu in mundum ejecti, aut solummodo procati ut perpetuò merum sint aliorum hominum ludibrium. Et sicuti hi omni suo studio & perspicaci diligentia vix ut saltem sufferantur obtinere possunt: Alii verò è contra tantâ facilitate ad honestum feruntur, ut mediocri cum labore & fere absque ulla sollicitudine, in omnibus iis quæ suscipiunt, excellant, seque omnibus eos intuentibus acceptos reddant. Hæc inter duo extrema, medium adhuc invenitur illorum nempe, qui quidem singularem ac extraordinariam à natura gratiam non receperunt sed etiam nullo spectabili defectu & insigni nævo sunt deformes; atque illi ope præceptorum assiduisque studiis suos defectus corrigere, & tandem existimationem eorum qui eam conferre solent mereri, possunt. Ex hac existimatione subito nascitur illa benevolentia, quæ ubicunque aderit, nostrum Honestum Hominem sibi demereri sciat volumus: Verum ut id evincamus certius

tius ac potentius medium esse, opinioniones eorum à quibus amari cupimus præ occupare, comperio. Atque hoc est unum ex intimis & abstrusioribus nostræ Artis mysteriis; quodque suo loco retegetur, ubi præcipuas exposuero partes, quibus ille instructus esse debet, qui coram tot oculis, à quibus in Aula observatur, & inter tot ingenia delicata, quibus abditissimi defect. non diu latere possunt pro homine Honesto haberi vult.

Mihi igitur videtur, quod sicuti clari natales non sufficiant, nisi propitio sydere notati sint, neuter etiam ortus nisi sedulo excolatur parum proderit. Quemadmodum autem nulli homines sunt, qui non certum vitæ genus eligant cui vacent, nullum honestius & magis necessarium Nobili quam militare esse videtur. In eo industrius & fervidus esse debet eique tanquam rei quæ perpetuum exercitium ejus futura est incumbere. Maxima reliquorum pars quæ in ipso requiruntur, non necessaria, nisi in quantum huic ornamento sunt, quodque illi aliquem fulgorem, quo illustrius renideat,

*De Professione Nobilitatis*

*Quod debeat  
esse probus.*

communicare possunt ex istimantur. Armis potissimum Nobilitas comparatur, armis etiam conservari sibi-que viam ad celebre nomen inde-que ad perillustres dignitates patefacere debet. Mihi igitur videtur quod ~~per~~errima Ambitio, qua extimulari debet qui rem bellicam proficitur, sit ut vir excelsi animi audacisque animetur, conjunctimque circum spectus & probus homo habeatur. Et revera quidem qui magnanimitati malitiam jungunt ut plurimum ferarum instar reformidantur & in odio sunt, quia cum nocendi potentiam habeant, voluntate etiam non destituuntur: Verum illi, quorum generoso animo sana mens rectumque consilium famulatur, omnibus chari sunt, & ceu Tutelares Angeli respiciuntur, quos Deus inter nos fovet ut malignorum oppressio- nibus obstant.

*Quod debeat  
esse studio  
suis sui hono-  
ris.*

Interim sicuti nullus est qui suae famae non sit studiosissimus ac percupidus, imprimis in rebus quae ejus professionem spectant, quantum potiori ratione Nobilis vehementi suorum armorum, quae vera ejus nobilitatis, signa.

signa sunt amore incensus esse de-  
 bet. Hic probus & non violentus;  
 ac de re nihili contentiosus esse non  
 debet; nam quemadmodum semel  
 aliqua labe contaminata matronæ  
 castitas, neutiquam ad priorem pu-  
 ritatem & innocentiam redire po-  
 test: Sic etiam est fermè impolli-  
 bile, ut militis fama, quadam igna-  
 via & mollitie obscurata, ita possit  
 elui & refarciri, ut non se super su-  
 perfit quod ipsi ex probre. Quin  
 etiam in honoris actionibus sicut &  
 in summis belli negotiis, non est bis  
 errare permissum. Verùm hic gres- *De conten-*  
 sus adeò lubricus est, ut maxima *tionibus.*  
 juvenum pars deficiente experien-  
 tiâ aut nimio fervore; & alii, aut  
 deficiente recto rationis usu, aut ex  
 repentinæ morositatis impetu hâc  
 nefaria via ad perditionem prope-  
 rent. Hâc ratione singulis diebus *In conten-*  
 Leges divinas pollui, edictorum *tiosos.*  
 authoritatem violari, clementiam-  
 que nostri victoris Monarchæ suæ  
 justitiæ aliquando cedere coactam  
 esse videmus. Efficacissimum quod *De intell-*  
 huic morbo remedium afferri posse *gentia dissa-*  
 credo, qui posthac insanabilis dici *diorum.*


poterit, nisi hæc sanatio inter miracula Regis reponatur, est ut mihi videtur apprimè dissidiorum intelligentiam addiscere, ex quibus certam quandam scientiæ speciem, adeò ea expurgarunt, ex novo conflavère. Maxima pars eorum qui hoc belluino furore præcipitanter abripiuntur, ut plurimum eò feruntur, ut ne nimis moliter procedant, in ignorantia animique suspensione in qua versantur, ante ad hæc extrema nec non devenire debeant: sic quia perspectum non habent quinam sint noxæ & offensionis gradus, qui has sanguinolentas luitiones & purgationes merentur & requirunt, nihil nisi ineptiarum, amentiar, & morositatis exempla in contentionibus videmus, & ne quidem minimum radium illius veri & solidi honoris qui pretiosior nobilitatis thesaurus est: Nullas rudior & intolerabilior in nostrum seculum error irrepit, quam sibi finxisse quod pura heroicaque magnanimitas tantummodò in pugando consistat, quasi verò hæc virtus in solo generis humani exitio exerci-



exercitium suum haberet : Habet certe effectus elatiores potestque dicaciam firmè extendi in omnes illustriores vitæ actiones. Libentissimè in hanc materiam ulterius excurrerem, verùm à meo revocor argumento.

Dicam igitur huic præcellenti ut plurimum facultati adstare vitium, quod eminentioribus in solubili quasi nexu qualitatibus ad hærendum diceremus, quodque fere jugiter legitimos fructus, quos produciunt, contagione suâ depravat. Hic est ille volaticus & stultus, inanis gloriolæ amor, quo maxima pars hominum eoque inebriatur ut rationis usum inde amittat. Odiosus est ille defectus, contemptuque dignos reddit eos qui alioquin magnam commendationem laudesque mererentur si tantâ patientiâ pollerent, ut donec ultrò ipsis conferrentur, quin eas avellerent aut violenter & per vim eas obtinere vellent, sicuti firmè oppido faciunt, expectarent. Per plures nostri Bellatores sibi fingerent se non esse strenuos si mille inconcinnas oris compositiones mil-  
leque

*In gloriolæ  
studium.*



*In thra sinit  
gloriosas.*

leque vultus feroces & ridiculos præ se non ferrent, ut omnibus ter-  
riculo sint, à quibus miseri illi ho-  
mines cum reformidatione & ad-  
miratione se respici persuadent.

(a) Gallicè *Omnes eorum sermones sunt de (a)*  
*eseldair cisse-* explicationibus, de modis agendi,  
*ment eos sen-* & de pugnis, quique oppugnatio-  
*su benè reddi* num palestræ & artis rudiariæ so-  
*nequit.* lempni. Verba ab eorum confabula-  
tione desecaret, eos pro omni sub-  
limi scientia, *ad Lingua Gallica*

(b) In Gall. *(b) officia officia* redactum iri arbi-  
*complimens.* trator. Eorum Thraonica (c) pompa

(c) In Galli- & venditatio eò vesaniæ & socor-  
*co Fanfaron-* diæ conscendit, ut conversationem  
*nerie reddi* fœminarum quâ nulla datur suavior  
*nequit uno* & honestior occupatio arrogantius  
*verbo.* aspernentur. Saltatio, Musica alia-  
que venusti decoris exercitia ipsis

(d) In Gall. *(d) cuniculum*  
*jouer un pe-* adverso cuniculo discent & irritum  
*tard où une-* faciant, aut institutio tormento murû  
*mine, alio* emoliantur, haud se dignè occu-  
*sensu reddi-* pari censent. Hoc genium, simulque  
*to.* omnia verba quæ aliquo modo fa-  
stum & superbiam redolent, tan-  
quam periculosissimi scopuli ad

quos proba hominum fama naufragium pati potest, evitari debent.

Cùm hisce omnibus illustrium natalium generosique animi prerogativis quæ unicuique Aulæ sese committere volenti necessariae sunt; mihi adhuc requisitum esse videtur, ut sit exacto corpore, longissimis brevior, procerior eminentiorque mediocribus, gracilis potius quam crassus, utque membra scite compacta, robusta, flexibilia, explicata & facilia ad se omnibus exercitiis tum ludicris tum bellicis accommodandum habeat. His omnibus à natura dotibus collatis. eas gnaviter exercere riteque addiscere non solummodo quicquid in (e) Academiis traditur, verùm etiam omnia dexteritatis artificia usu recepta Nobilemque decencia, non mediocriter interest. Non rectè sedere in equo, nec dexterè armis uti novisse, non solummodo maximo damno insignique nocumento est, verùm etiam pudenda indignaque ignorantia cum hoc sit essentialia suæ artis principia non nota habere. Reliqua exercitia tametsi minùs necessa-

DE DIS-  
POSITIONE  
COR-  
PORIS.

(e) *Equestres  
& omnium  
exercitio-  
rum Aca-  
demias intel-  
ligit, utpote  
Benjamini  
Parisiis.  
De exerci-  
tiis.*

ria, mille tamen in occasionibus in usum veniunt nobisque æstimationem comparant, conjunctimque illorum à quibus diligere volumus studium. Non solummodo igitur, ut omnes equestris muneris disciplinas perspectas habeat exigo; equum in gyros agere, stadium decurrere, anulo omnibusque palæstricis decursionibus habetis hastæ dimicationibus ludicrisque pugnis decertare dexterè sciat: Hæ sunt actiones nimium frigida, quæve in mundo nimiam decori rationem occupant, ut ab eo qui cum applausu oculos hominum in se convertere gloriam laudesque mereri vult, ignorentur. Placet adhuc si fieri possit ut testudinem citharamque pulsare sciat; cum non mediocre Musica eorum oblectamentum sit quorum gratiam nobis devincire volumus, sit venationis peritus, in choreis elegans & concinnus, in pilæ lusu, luctâ, saltatione, natatione, in missilibus glandibus directè vibrandis, in illisque omnibus aliis liberalibus oblectamentis quæ non ad eò nudè honesta sunt quin perpèrè utilia fiant.

fiant. Per plures certè ex his dotibus si sint divisa modicæ futilesque sunt; verùm si simul concurrant hominem obsolutissimæ perfectionis constituunt, quodque eum non nisi cum quadam admirationis specie intueamur, efficiunt: Potissimum verò si illustres animæ facultates ipsis præluceant, quæ postrema perfectionis & excellentiæ ornamenta eis conferunt. Quin imò etiam non ex optare dubitarem ut ipse aleæ *De ludis  
aleæ.* lusus qui inter Magnates & celebres sunt haud ignoraret, quia nãc viã aliquando eorum societati se familiariter ingerere potest. Modo tamen hoc sit quin perpetuam aleam exerceat & amet.

Certè confitendum est; quod ex omnibus vitis quæ quodammodo Honesto Homini condonari possunt nullum hoc indomito aleam sectandi fervore perniciosius inveniatur. Qui solummodò divites sunt, parum admodum sapiunt, si se hac passione abripi patiantur. Soli summi & præpotentes Principes quorum conditio ad miserum usque statum nusquam ferè devenire potest, huic audacter,

dacter, tametsi ut plurimum haud exiguo cum damno & naufragio, vocitentur licet fortunæ domini, indulgere possunt. Inter alios perpanci nisi avari, inertes & ignavi, aut vitæ desperatæ homines inveniuntur qui hâc dementia periclitentur & afficiantur. Quorum pecuniæ inhiat cupiditas, quive nulla non media illam congerendi sine scrupulo intumunt & adhibent, nullum hoc commodius & facilius esse sibi fingunt. Illæ verò animæ molles & voluptuariæ, quæ cui rei sese applicent nesciunt, nihil jucundius, quàm in hocce ignavam exercitium sese profundere, sibi persuadent.

*Avari.*

*Inertes.*

*Desperati.* Quos verò ad tantam extremitatem Fortuna deduxit, ut hodie vivant ac si crastina luce obire deberent, non abs re Aleâ illud sibi querendum esse, quod à sua industria sperare non possunt, existimant. Verum ne ulterius excurram, quam mihi destinatum animo consilium permittit, satis erit si dicam hanc phrenesin non solummodo fermè indubitatam fortunarum jacturam adducere, verum etiam extendi usque ad

animi

animi excidium mentisque perniciem. Perpetua inquietudo æternusque mæror, qui eos qui in hoc præcipitium se delabi sinunt comitatur, nonne satis valida argumenta sunt, ut inde quemcunque, cui aliquod rectæ rationis lumen est absterreant? Totumque tempus & universæ hominis curæ, quæ in hac infelici negotiatione suisque commercio collocantur, nonne inter maxima damna & detrimenta quæ unquam illis contingere possunt, qui ad Regum Principumque animos sibi decinemos nati sunt, reponi debent?

Maximi ponderis sunt in Nobili *De venustate naturali.*  
 singulæ dotes, quas superius enumeravimus; verum earum omnium cumulus in certo quodam nativo lepore consistit, qui in omnibus ipsius exercitiis & minimis etiam actionibus tanquam tenuis quidam divinitatis radius, quem in omnibus, qui uti in mundo placeant nati sunt, esse conspicimus, renidere debet. Hæc tam excelssapicis res est ut præcepta artis transcendat & quasi fugiat, atque benè commodeque doceri vix possit;

possit: Quicquid consilii in hoc afferre possumus, est ut qui perspicaci iudicio sui regiminis normâ donati sunt, si hâc sublimi naturâ dote se frustratos esse persentiscant, saltem imitatione absolutæ perfectionis exemplorum, eorumque qui unanimes & communi applausu approbantur, hunc defectum resarcire enitentur. Legitima etiam haud ad hoc parum conducit Educatio. Enimverò sicuti per sæpè ferocem deponere in vincum, atque inter homines familiares reddi juniores & primæ ætatis Leones visi sunt: sic etiam haud rarò evenit, quod infortunatæ ingrataeq; nativitatibus homines ad eò scitè sedulis & non vulgaribus curis suos defectus superaverint, ut omnia, quodam rationis conatu æquè gratè ac cæteri solâ suæ indolis felicitate & liberalitate præstent. Verùm ô quam fortunati sunt qui documentis non egent ut placeant: & qui tanquam benigno cœli rivo hâc gratiâ irrigati fuerunt, quæ omnium oculos cordaque rapit! Interim ut tanti momenti res illustrior reddatur, dici posse mihi videtur, quod quem-



quemadmodum hic lepor & eleganti-  
tia de qua loquimur, generatim in  
omnes actiones extenditur, & sese  
ad minimos usque sermones immi-  
scet; sic etiam quædam est gene-  
ralis regula, quæ si non ad illam ac-  
quirendam, saltem ad nusquam ab  
ea se se removendum, conducit.  
Nempè lethalis instar præcipitii  
illam miseram & impertunam Af-  
fectionem anxiumque studium,  
quod pulchriorum rerum nitorem  
contristat obumbrat & inclinât, fu-  
gere, atque ubique certâ quâdam  
negligentiâ, quæ artificium celet, ac  
omnia incogitanter & sine ullo stu-  
dio & cura justo laboriosiori fieri  
testetur, uti. Hic est, meâ sententiâ  
purissima venustatis & leporis scatu-  
rigo: cum enim unusquisque quanta  
sit in rebus excellentibus elegantius  
factitandis difficultas noverit, eos  
quibus facile succedunt omnes ad-  
mirantur; sic è contra, altiores &  
rariores vilescunt, ubi anxie & stu-  
diosè fieri perspiciuntur. Et reverà  
quidem, tetrrior malitia quâ utitur  
invidia ad famam eorum qui eam  
firmius stabiliverunt labefactandam,  
est

est prædicare omnes eorum actiones consultò & deditâ operâ fieri, omnesque eorum sermones præmeditados esse. Quapropter etiam nullum subtilius artificium habent Oratores quam artem suam tegere & obscurare, quod non citius deprehenditur, ac omnis protinus auctoritas & vis motus sedit, nec ullam amplius satis validam ad ipsas animas simpliciores impensiusque credulas movendas, eloquentiam habent. In hac insuper considerandum est, Negligentiam illam nimis affectatam, illumque nimis manifestum contemptum quibus in minimis etiam gestibus minimoque oculi minutu utuntur, vitia adhuc spectabilia esse, quam nimius apparatus & cura, cujus totus defectus in lepidè ac venustè extra mensuram se gerendo, solitoque limites & cancellos transgrediendo, consistit. Et revera, sicuti quondam non nullis Pictoribus exprobratum fuit, eorum opera nimis perfecta & absoluta esse, quodque Natura ipsâ peritiores videri vellent; sic etiam, pluribus obijci posset, quod nimia excellendi

conter-

*De Negligentia affectata.*

contentione perfectionem transvo-  
lent, solamque boni umbram, quam  
nimio prosequuntur fervore, asse-  
quantur. Nonne etiam hoc modo  
quod cum tanto studio & affectu  
singulis diebus fœminæ inquirent,  
amittunt? Pauca admodum compe-  
riuntur, quæ formosæ esse, aut sal-  
tem videri non in votis habeant.  
Idecirco ubi in hoc natura ipsis de-  
fuit, artificium in auxilium accer-  
sunt: Atque hinc ipsis tot oboriun-  
tur ridiculæ curæ, sibi (f) n<sup>o</sup> idam  
coloris speciem inducendi, ut junio-  
res videantur; suos intuitus compo-  
nendi, ut oculos suos leniant; sibi  
capillos anxie disponendi, ad fron-  
tem sibi æqualem reddendam, sibi  
supercilia intervellendi, ad (g) sereni-  
tatem oris & amœnitatem sibi con-  
ciliandam, tandemque se reforman-  
di & transfigurandi si possent ipsos  
oris ductus & vultus lineamenta ma-  
nu Dei ipsis impressa tanquam cha-  
racteres, qui expungi & corrumpi  
nequeunt. Itaque dignoscitur, quod  
illa nimium visibilis affectatio effre-  
nisque cupiditas, qua formosæ videri  
flagrant efficiant ut nostri etiam  
oculi

*In affectatio-  
nem pulchri-  
tudinis.*

(f) *In Gall.  
s' untr, sibi  
unire.*

(g) *In Gall.  
l' air du vi-  
sage. à  
vultus.*

*In fœminas  
fucare.*

oculi eas inspiciendo fermè torqueantur, demonstrantque manifestè, quod hiepor & venustas cui student, sit documentum, quod perdisci non potest quam ab illis, quæ id ignorare velle videntur. Quin etiam haud negari potest, matronam, postquam elegantiori cultu se conuestivit, hoc adeò scitè & dexterè peragere scivit, ut qui eam attentiùs inspiciunt, dubitant, an de se adornanda cogitaverit, non illâ venustior em esse, quæ non contenta vestium suarum pompâ obrui, audet ecquidem adhuc se adeò cerussatam & adulterinis coloribus infectam ostendere, ut loco vultus larvam gestare videatur, quodque ridere non audeat, ne binos exerat. Ecce quæ nam sint Affectationis defectus, iisque faciliè agnosci potest, quantum adverteatur huic gratæ simplicitati, quæ in omnibus Corporis & Animi actionibus translucere debet.

DE FA-  
CUL-  
TATI-  
BUS A-  
NIMI:

Quantum vero ad Animi dotes, fermè sunt infinitæ, semperque eximix & excellentes, ubi eas ducis instar virtus antecedit, quæ veluti solis lumen, objecta quibus com-

mini-

municatur, gratiora & fulgidiora facit. Certè quidem verum est, virtuti ipsi suaviores & potentiores illecebras circumstare, ubi homini vultus specie & sanguinis dignitate conspicuo infidet, quam ubi in homine ingrati oris & obscuræ conditionis concurrat. Verum quoque confitendum est, quod quantumvis esset illustrior oris venustate formæque dignitate ornatior Princeps, si eum vitiosum improbisque moribus esse accideret, stirpis ejus claritas nativitatique amplitudo, non nisi ad majus totius orbis odium ipsi constandum inserviret. Qui igitur ad corda sibi devincienda amirant, quique præstantioris ac sanioris hominum partis voluntates sibi demereri volunt, primò hunc omni æstimatione majorem thesaurum, qui ab omni tempore genunum verumque sapientum bonum judicatus fuit, sibi debent comparare. Quin etiam verè dici potest, inter ea quæ possidemus, hæc sola non esse imperio Fortunæ obnoxia. Quicquid superest ab ipsius tyrannide pendet; Mox in evertendis thro-

*Quod virtus sit amabilior & virtutum magis invisum Magnatibus quam divitibus.*

*De prerogativa virtutis*

nis , Sceptris Coronisque pedibus  
 conculcandis delectatur: Mox For-  
 marum gratiùs vernantium fulgorè  
 obscurare , divites universis bonis  
 spoliare , & ad incitas adigere prudè-  
 tioresque inauditis casibus fallere ,  
 pro ludo habet. Sola Virtus extra  
 omnium ejus injuriarum aleam posita  
 est , ejusque excellentiæ cumulus est ,  
 quod ipsi Vitio admirationem inji-  
 ciat , venerationèque in ipsis impro-  
 borū animabus imprimat. In omni-  
 genis vitæ conditionibus , quæ in  
 animum induci possent , Virtus re-  
 vera quidem primum objectum  
 esse debet , quod sibi proponunt;  
 Verùm adeò essentialis eorum om-  
 nium qui in Aula se conspicuos red-  
 ãere volunt scopus est , quod quam-  
 vis in ea non nisi cum aliena specie  
 fūco & sordibus appareat , tamen  
 unus quisque , quod eam sine artificio  
 & puram possideat , persuadere vult.  
 Præcipua media quæ ad eam sibi ac-  
 quirendam inserviunt sunt meâ sen-  
 tentiâ , recta educatio , diligen-  
 tia & labor , legitimi & constan-  
 tis animi habitus , proborum con-  
 suetudo , cupiditas gloriæ , suo-

*De mediis  
 generatim  
 ad virtutem  
 acquiren-  
 dam.*

Antecessorum exemplum, & bonæ literæ.

Eximium (sanè loquendo) *De bonis le-*

Doctrina ornamentum est, & pretii *teris & de*  
omnem æstimationem transgredien- *contemptis*  
tis, omnibus illis quis eâ ritè uti no- *in quo sunt*  
verunt. Interea tamen nescio quo *apud Nobis-*  
fato Nobiles nostri insimulatio- *les.*

nem, rem adeò raram tamque de-  
center cum sua professione conspi-  
rantem, contemnendi, quam exteræ  
Nationes à tot seculis ipsi inferunt,  
nusquam à se amoliri posse viden-  
tur. Certum est, non exiguam in  
Aula eorum ingeniorum gibbosor-  
um & obliquè distortorum multitu-  
dinem esse, quæ quadam vecordi sen-  
suum hebetatione haud sibi fingere  
queunt quod Nobilis doctus & mi-  
les simul esse possit. Non quod ta-  
men negare velim, scientiam sæpif-  
simè fatuitati & ineptiis adjunctam  
inveniri. Æquo plures sanè inve-  
niuntur queis Græci & Latini cog-  
nitio nihil profuit, nisi ad ipsos gra-  
vius ridiculos & pertinaces reddendos,  
quiue loco animam sapientiæ  
& docilitate refertam à suo studio  
referendi, ab eo non nisi Chimæris

*De excellē-  
tia bonarum  
literarum, &  
quam apte  
conspirent  
præcipuè  
cum Nobili-  
tate.*

& fastu tumidi redeunt. Nihilofecius tamen admittendum est, quod ubi hæc cognitio in sensum exquisitum incidit, adeò prodigiosos effectus producat, ut qui eam possident, aliquid supra humanitatem habere, & ad conditionem quodammodo proprius ad divinam asurgentem elati esse, videantur. Potissimum, apprimè utilis & valdè decora iis est, qui ad magna nati sunt, videturque ejus germanum usum esse, ut in populis gubernandis, exercitibus regendis, fœdere inter Principem aut Nationem exteram tractando, Pactis inter Reges componendis, & cæteris omnibus illis actionibus fulgidis, quæ authoritatem superiorum firmant & stabiliunt, eorumque Regna florere faciunt, exerceatur. Quis è contra non videt, quod in manibus vulgaribus vilescat, cumque nobilis & elatæ sint essentiæ, ipsi nimis indignum & dedecore plenum exercitium sit, humi serpere & jacere, sicuti hodierna die ipsi obtigit inter Universitatis scholas, inter lites & rumores Palæstræ Forensis, & inter disceptationes



tationes & contestationes quibus in vitam hominum discurrunt Medici. Non quod perfectam scientiarum quam Antiqui Encyclopædiam vocitabant, quamve certa quædam ingenia nimia curiositate ægrotantia, tanquam supremum vitæ bonum fatuè & ineptè admirati sunt, concatenationem exigam. Propter utilitatem quam ab iis omnes homines percipere possunt, libros existimo, illosque tanquam suavissimum & innocentissimum oblectamentum, quod sibi deligere homo virtutis compos possit, amo & exopto: Verum iis non tantum deferret eorum documenta nos felices reddere aut infelices posse, aut nostram satisfactionem & tranquillitatem ab opinionibus hominum, qui non semper rectius ac congruentius delirabant ac fit hodie, pendere credam. Quicquid hæc de re credatur, arbitror, quod quin necessarium sit omnibus Philosophiæ controversiis, quæ fortasse solidam hominis ætatem, qui in amplo mundi libro studendo salubrius proficeret quam in Aristotele, inutiliter consumeret,

*Qualis sit  
habenda  
opinio de bonis literis.*

*De scientiis  
quas honestus homo  
non debet  
ignorare.*

*De quaestio-  
nibus Philo-  
sophicis.*

*De Mathesti.*

*(h) In Gall.  
tirer des  
plans, situm  
loci delinere.*

se se intricare, sufficiat ut in elegantioribus & festivis quaestionibus, quae aliquando in insignioribus coronis agitari solent, mediocriter tinctus sit. Ipsum modicè pluribus Scientiis imbutum, quam solidè in unicâ profundum malim; cum verum sit, vitam nostram, nimium breuem esse, ut ad minimarum ex omnibus illis quae nobis proponuntur perfectionem perveniat, illumque qui de unica tantum re differere novit, ad silentium observandum saepe numero adstrictum esse. Modò ex Mathematicis noscat quae usui esse Ducì solent, utpotè oppida munitionibus regulariter firmare, (h) Ichnographica locorum exempla describere & designare; addere, subtrahere, multiplicare & dividere, ut reddat sibi facile struendi acies exercitium: Modo sphaeram superiorem & inferiorem addiderit, & suam aurem tonorum Musicae suavitati judicandae idoneam reddiderit: haud admodum refert ut abditiora Geometriae & Algebrae subtilitates penetraverit, haud se admiracula usque Astrologiae & Chromaticae

ticæ rapi passus fuerit. Quantum ad  
 Oeconomiam, usu potius quam lec-  
 tione addiscitur, atque si Aula sin-  
 gulis diebus mille profusionis exem-  
 pla suppeditat, nō pauciora frugali-  
 tatis & rei adaugendæ industriæ in  
 ea exempla perspiciuntur. Ejus ve-  
 ræ scientiæ sunt Politica & Ethica,  
 atque Historia quæ ab omni tempo-  
 re Regum studium vocatâ fuit, non  
 minus iis necessaria est, qui in eo-  
 rum sunt comitatu. Hæc est procul-  
 dubio purissima sapientiæ civilis  
 scaturigo: In hoc uno solummodo  
 rei nodus & tota difficultas consi-  
 stit, in bonis nempe Authoribus,  
 quorum numerus non est infinitus,  
 scitè eligendis. In melioribus re-  
 censendis paululum justo licentius  
 excurrere non inerti ludam operâ,  
 quoniam maximam nostrorum No-  
 bilium partem iis non sese applica-  
 re perspectum habeo, eo quod non  
 sibi notos habeant, quorum lectio  
 ipsis utilior esse posset. Ecce judi-  
 cium quod de non nullis dignè satis  
 eruditus Criticus fert: c i nihil ad-  
 jicio, nisi ea quæ minimè præterire,  
 ut mihi videtur, debuerat. Insignio-  
 ris.

*De Oeco-  
nomia.*

*De Politica.  
Ethica &  
Historia.*

*De lectione  
Historico-  
rum.*

*Judicium de  
præstantiori-  
bus Historicis.*

ris famæ & notæ inter Græcos sunt Herodotus, Thucidides, Xenophon & Polibius. Primi tantam dialecti mollities effundit, suavitatem, & jucunditatis illecebras, ut Fabulis ipfis Historiæ authoritatem conferat.

*Thucidides.*

Secundus gravis est, sententiarum numero creber, dictione sublimis & in suo stylo pressus, in suis orationibus eloquens, sapientiæ plenus & iudicii. In compositione gratosus suavis & fidelis tertius est, atque populi obedire & Principes regnare ex ipsius operibus addiscere possunt;

*Xenophon.*

*Polibius.*

Quantum ad ultimum, eum adeo non exactum esse ut Thucididem, legitimi iudices ducunt, verum quod non sit minus utilis. Ipsius placita & præceptiones cum nostris melius conspirant: ubique peritum & rei intelligentem sese exerit, atque etiam ubi evagari videtur non est nisi ad instruendum, & magis industrios lectores reddendos. Non propriè Historiam scripsit Plutarchus, sed partes Historiæ: Dignus tamen est, ut perpetua eorum sit occupatio, qui cum Magnatibus agere & sermonem conferre volunt. Ipsius iudicium

*Plutarchus.*

dicium adeò nitidum est, ut undique radios spargat crassioribus mentibus & ingeniis illuminandis idoneos, & ubique viam ad hominẽ in Prudẽtię sacrarium & virtutis deducendum facilè aperit. Primas ex opinione omnium Politicorum inter Latinos Tacitus occupat, atque quidam ex ipsius admiratoribus eum etiam Tito Livio præfert, si non propter eloquentiam, saltem propter documenta, quæ sunt membrum quod nunc expendimus. Quis eo melius tot res adeò paucis verbis & concisè complecti, atque inter narrationis spinas tantum facere venustatis & majestatis efflorescere potest? Quid moribus inest quod non redarguat, consiliis quod non revelet, & causis quod non edoceat? Profecto in uno admirandus est, de quo eum nec cogitasse nec eò respexisse diceremus, atque perpulchrè & excellenter peragit, quæ noluisse præstare videtur; Enimerò quin usquam ordinem & seriem veritatum quas narrat pertubet, iis tamen præcepta intertexere non sinit, pari certè dexteritate ac illi, qui cum auro &

Tacitus.

fericum uniones & adamantes gratè  
 confundere sciunt ; Ita ut non so-  
 lummodo historia sit illius liber , ve-  
 rum consiliorum ferax campus ac  
 sapientiæ perfecta prælectio. Ve-  
 rum quidem quod uti acutus , gra-  
 vis, & concisus est, viva & subtilis in-  
 telligentia ipsum legentibus etiam  
 necessaria sit ne in eo obscuritatem  
 illam offendant, cujus nonnulli eum  
 insimulaverunt. Avelleret ipsi pro-  
 culdubio eminentem illam gloriam  
 & palmam infringeret Salustius, si  
 quicquid scripsit haberemus; verum  
 ex paucis quæ ab ipso nobis super-  
 sunt, quicquid potest fieri est judi-  
 care & inde exprimere quod eodem  
 genio cum Thucidide fuerit. Di-  
 gnitate & Historiæ majestate, puri-  
 tate narrationum & prolixitate & ex  
 omni parte absoluta orationum elo-  
 quentia, Titus Livius equidem  
 omnium primus est; Verùm in sen-  
 tentiis magis parcus & sterilis est,  
 atque potius exemplorum multitu-  
 dine quam iudiciorum copiâ docet.  
 De Cæsare & Quinto Curtio dicere  
 sufficiat, quod familiares omnium  
 strenuorum Ducum amici esse de-  
 beant.

*Salustius.*

*Titus Livius*

*Cæsar.*

beant. Ille verba luculentis. Aliis gestis digna habet, quæ toti orbiterrorem incussere, quæ ve tumentioris animi & cervicis durioris libertatem quæ unquam in Rebus pub. regnavit, subjugavere. Et hic non atate Homeri vixisse aliquomodo consolari Alexandrum posset, cum adeo elatè & fulgidè ejus gloriam in suis scriptis repullulare faciat. Per plures alii adhuc post istos supersunt, qui seculorum successu prodierunt, quive præstantissimi esse dici possunt. Verùm etiam causari potest, quod ad curio sitatorum, qui Historiarum varietate delectantur satisfaciendum potius inserviant, quam ad sapientiam docendam & prudentiam colendam. Decorum imprimis & valdè utile esse censeo, insigniora quæ apud nos, & nostræ ætatis apud nostros finitimos, transacta fuerunt, non ignorare: atque insuper si fieri potest, tot diversorum Regnorum statuum & Ditionum, quæ ex solius Imperii ruinis emerferunt originem & seriem exploratam habere.

Non tamen quod persuasum habeam

*Quint.  
Curtius.*

*De aliis Hæ-  
storicis in  
genere.*

*De Expo-  
sitione &  
judicio.*

beam, horum omnium cognitionem securum & indubitatum medium esse, ad sapientiam adipiscendam; quærentibus duntaxat factis instar sunt: Ipsius sedes in intellectu, & non in memoria posita est, atque ipsa Experientia cujus filia esse dicitur, haud rarò ei novercæ officium præstat, eamque potius præcipitat quam regit. Facilitatem equidem ad expeditè exequendum affert, verum indubiis eventibus, ubi ei deficiunt exempla, confusa remanet sine dominantis illius animæ partis fulcro, cui soli deliberandi gloria est assignata. Casuum numerus qui in vita hominum offerre sese possunt est infinitus; una quæque dies multitudinem eorum oboriri facit, atque inter tot seculorum præteritorum seriem, perpauci eventus adeò inter se consentientes visi sunt, quin in iis spectabilis quædam differentia deprehendi potuerit: Adde quod rarò obtingat, ut plurimi homines, qui ad eundem scopum pervenerunt, eâdem viâ eò perrexerint: Sicuti etiam omnes ii qui iisdem mediis utuntur, non eundem



dem finem consequuntur. Cunctatio & procrastinationes ingentibus aliquando victoriis potiri dederunt, & non etiam paucas celebres pugnas amittere fecerunt. Quicumque temporibus discernendis, similibus & diversis occasionum quæ sese offerunt circumstantiis expendendis naturaliter idoneus non est, exiguum admodum ex sua experientia & historia fructum percipiet: atque leges ipsæ nobis tradunt, quod ad ritè de casibus judicandum exemplum non sufficiat sine regula. Confiteor equidem utilissimū esse multa vidisse & in iis versatum esse, ac plurima præteriti accidentia perspecta habere, non quod ad ritè de præsentis discernendum conducant, verum quia in dissimilibus eventibus intelligentiæ stimuli sunt dispersi, qui in subtilibus & penetrantibus ingeniis, certa quædam sapientiæ semina, quæ in iis natura quasi recondiderat, excitant & germinare faciunt: Ita ut ex istorum exemplorum multitudine tandem illam regulam resurgere videamus, cujus beneficio ad judicandum sese aptum reddit intellectus.

Præter

De rectè  
scribendo  
soluta  
oratione.

De Rœssi.

Præter scientias & Historias, adeò  
necessarium ad scite scribendum si-  
ve de rebus seriis, siue de officiosis  
urbanitatibus, siue de amore & de  
tot aliis argumentis, quorum occa-  
siones singulis diebus in Aula na-  
scuntur, stylum sibi formare, ut qui  
eâ facilitate & habitu non pollent,  
neutiquam ampla munera sperare  
possint, aut iis obtentis non nisi in-  
fortunatos successus expectare de-  
bent. Quoad Carmina componen-  
da, est exercitium magis jucundum  
quam necessarium, quoduz Indocto-  
rum malitiâ in contemptum incidit,  
qui seculum nostrum pudore suffun-  
dere deberet. Revera quidem, in-  
dignum est videre, quod admiran-  
dus ille sermo, quo antiquitatis sa-  
pientes Deos suos uti in cælo cre-  
diderunt, factus sit immeritò æquè  
parum pretiosus, ac justè eorum al-  
taria parum venerantur. Præcipua  
hujusce erroris origo extot miseris  
versificatoribus nascitur, qui Poësin  
polluunt, & in quorum manibus to-  
tam suam æstimationem & gloriam  
deperdit. Exiguus est adeò illo-  
rum numerus, qui dignè adeò elata  
my-

mysteria delibare queant, ut feliciora secula duos aut tres in hâc divina arte excellentes, quæ omnem mediocritatem refugit, producere vix poterint. Pictura & Musica adeo indivisim ei annectuntur, ut illa pro Poësi muta habeatur, hæc verò pro Poëscos anima. Ut amplæ huic Artium & scientiarum recensione tandem finem inponamus, dico quod inter peculiaria Aulici studia, Linguarum cognitio debeat esse; atque si mortuas nimis difficiles inveniat & viventes ingenti nimis numero sese extendentes, saltem Italicam & Hispanicam intelligat & loquatur, quia præter quod ad nostram propius accedant & conspirent, usu cæteris in Europa frequentiores sint, & inter ipsos etiam infideles.

Cum hisce Animi & Corporis prærogativis, de quibus hucusque differuimus, placet ut veris Animæ ornamentis præditus sit, nimirum Virtutibus Christianis quæ omnes Morales sub se complectuntur. Omnium fundamentum est Religio, quæ nihil aliud est, meâ sententiâ, nisi pura cognitio quam de Deo habemus,

*De Pictura  
& Musica*

DE  
ORNAMENTIS  
ANIMARUM

*De Religione  
& Fide*

mus, & firma myſteriorū fidei noſtrę certitudo. Sine hoc principio nulla datur probitas, & abſque probitate nemo placere poteſt ne quidem iſtis improbis. Deū igitur exiſtere, cumque ſapientiam aternam, Bonitatem infinitam, & Veritatem in comprehenſibilem eſſe credamus, cujus Deſinitio eſt nullā habere, qui nec principium neque ſinem habet, cujus perfectiſſima cognitio quā habere poſſumus, eſt conſiteri quod non ſatis cognoſci poſſit. Verū quidē eſt quod ſit audacia periculosa iſtius eſſentiam abſtruſius indagare velle: ſed quam abominanda novæ illius & faſtuoſæ pertinacium Ingeniorum ſectę debilitas, quæ non ſatis humilitatis & reverentiæ habet ad exilem ſuum & cęcum intellectum corā hoc magno & immortalis lumine demittendū, & nullam inter ſuam craſſam & ridiculam ratiocinationē & hujus ce ſanctę & primę eſſentiæ miracula affinitatem conperientes eo uſque ſuā impietatem, ut rem negent quā ipſę volucres prædicant, quam animalia agnoſcunt, quamve res omnis ſenſus expertes probant, quam tota Natura

*In Atheos.*

confitetur & in cuius conspectu Angeli tremunt & Dæmones genua flectunt, deducere equidem audent?

Magnum illud & firmum Religionis fulcrum, omnibus cæteris Virtutibus, quæ postquam Deo nos acceptos reddiderunt, nobis quoque hominum gratiam attrahunt, & nobis ipsis certam quandã internam satisfactionem, quæ inter ipsas Aulae inquietudines tranquillitatem solidam persentiscere facit, afferunt, fundamento esse debet. Enimverò timor Dei illius veræ sapientæ linitivum est, quæ omnia complectitur præcepta quæ Philosophia ad rectè vivendum nobis tradidit. Ille timor est, qui nos reddit in periculis audaces, qui spem nostram refocillat & obfirmat, qui suscepta nostra dirigit, qui mores nostros regit, nosque à probis diligere, & ab improbis reformidare facit. Ejus ope probos sine hypocrisi, sine superstitione religiosos, absque malitia prudentes, modestos & humiles sine ignavia, atque sine fastu & superbia nos generosos ostendimus & exhibemus.

*De cæteris  
Virtutibus  
in genere.*

*De timore  
Dei.*

Quicumque hoc thesauro instructum

turo naturali iudicio suffultum ad suæ vitæ regimen certius obfirmandum, satis audacter Aulæ sese committere, & in ea in æstimatione & applausu spectari posse, sibi promittere potest.

DE  
VITA  
AULICÆ  
C. A. V.

Verum quidem, quod innumeræ propemodum rationes sint, quibus ab ea, quicumque ejus infortunia novit averti posset, quodque non nisi obscuram Virtutem possidere, quam vitam adeò fulgidam & periculosam ducere, plerisque fatius fuisset. In ea unus quisque depravationem fermè generalem esse dignoscit, quodque solummodo in ea bonum fortuito exerceatur, malum verò quasi ex professo. Inibi adeò necessaria servitus, ut libertas quam in ea nobis asservamus, in Superioris auctoritatem usurpatio esse videatur, qui gloriam suam imperium in voluntates æquè ac in vitam ac fortunas suorum subditorum extendendi pro nobiliori objecto habet. Quid autem à conditione Sapientis magis alienum & indignum est, quam suam rationem alterius subicere rationi, qui propria gloriæ  
& mag-

*De servitute*

& magnificentiæ fulgore eam forsitan perstrictam habebit? Huic molestæ conditioni mille sollicitudines & graves mille labores affixi inhaerent, qui ex impotenti ardore suum testificandi Magnatibus studium ipsisque perfectæ servitutis specimina præbendi, enascuntur. Itaut quorum sudoribus comparcitur, quorum tranquillitas non interturbatur, infeliciores sibi videantur. Si corporis labori non ille adhuc animi accederet, potior pars abesset ad absolutos miseriarum numeros illi, quæ huic vitæ generi sese addixit reddendos. Ambitio quæ exardescit atque inexplebilis facultatum & honorum cupiditas, quæ ipsum cruciat, ipsi mille suscepta & consilia viribus majora animo designare & concipere faciunt. Tandem debilitatum & fatigatione devictum corpus succumbit, suo dispendio solus animus indefatigabilis est, & dum membra quiescunt, mille curis eum devorantibus seipsum abrodit & affligit. Timor eum adoritur & eum prostermit, spes eum sustinet & erigit, ut tunc primo timori in prædam rursus eum det.

*De molestis laboribus.*

*De inquietudinibus.*

*De Ambitione.*

*De metu & spe.*

*De sollicitudinibus ambitiosiss.*

*De tranquillitate sapientium.*

*Quod homo probus possit vivere in depravatione Aula, nec samen eâ inquinari.*

det; & ex hoc bello intestino, cæteræ omnes excitantur passiones, quæ in cordibus secretum quendâ infernû, cujus cruciatus haud exprimi queunt, nutriunt. Eodê momêto cogitandum est de mediis conservandi quæ habemus, aquirendi quæ deîunt, eorû nisus qui nobis adversantur vanos reddendi, odium & invidiam superandi, qui nos præcedunt summoventi, qui nos sequuntur & æmulantur inhibendi; ac unius cujusque salus non adeò consistit uti videtur in seipso conservando, quàm in aliis evergendis & pessundandis. Quantò saviior & tranquillior Sapientum vita est, qui primò secum pacem habent, eamque cum omnibus aliis fovere noverunt? Illi sunt, ait Aristoteles, Dii inter mortales; & si verbis audaciam dare permissum est, dici potest, Deum esse sapientem æternum, Sapientem vero Deum ad tempus. Interea tamen invitis hisce omnibus rationibus & difficultatibus, in ipso vitiorû medio & depravationis Virtutem suâm absolutè puram & immaculatâ conservare potest Sapiens. Cardio rei in legitimis solummodò sus-



ceptis habendis positus est, & quamvis damnatorum infernus non nisi bonis intentionibus sit plenus, attamen is Aulæ, modò rectæ & æquæ cogitationes eum comitentur, nullos dolores nisi toleratu faciles, habebit. Ex omnibus animæ cæcitatibus nulla datur periculohor illâ, quæ sibi propositum scopum minimè intuetur. Atque ut plurimum videmus, quod à vera cognitione & boni finis sapienti electione, rerum quas suscipimus regimen & successus dependeat. Quare utilior eorum scientia qui in Aula degere volunt est, quodnã dignius adeò periculosi commercii objectum esse debeat, apprimè notum habere.

Ubi alicui rei homines sua desideria & voluntatem uniunt & copulant quod inde subsidiũ & prærogativam sperent maximè liquet, & quæ hâc communi deliberatione expectant, sunt ut plurimum ea quæ nobiliora perfectiora & utiliora existimant. Assensus quem in uni obediendo dant, eos hoc gubernationis genus omnium præstantissimum existimare designat: Sicuti etiam revera vera & legitima superiorum potentia

*De fine quem homo probus debet sibi proponere in Aula.*

rentia non sit, quam authoritatis & justitiæ nepus, ad boni publici conservationum. Congruenter ad hoc, singuli qui huic potentiæ se se submisserunt, ad eam accedere exoptant, & eam vitæ ac fortunæ periculo & dispendio protegere & tueri entuntur. Quapropter bonum Principis ab eo status, cujus anima & cor æquè benè ac caput est, minimè disjungitur: atque privatorum bonum non publici interest, nisi in quantum personæ Principis utile est, à quo solo universum bonum & malum quod in corpus Monarchiæ derivatur & effunditur, expectatur. Cum hæc veritati consentanea sint, cumque unquam rem ad certum finem, tanquam ad perfectionis cumulum tendere verum sit, quodnam dignius objectum sapiens Aulicus potest habere, gloriâ suo Principi rectè inserviendi, & ipsius quam suâ commoda pluri faciendi & avidius prosequendi? Hic est unicus scopus, quæ sibi proponere debet; ceteri omnes vel falsi, adulterni, & fallaces sunt, & degenerant vel in abjectionem vel in malitiam. Et denique qualemcunque

alium

alium finem quem sibi defigere pos-  
 set, non solummodò incertus erit,  
 verum adhuc tædiis & mille mole-  
 stiis, quarum unoquoque momento  
 & catervatim in hâc amplâ hominū  
 confusione, ad unam & eandem rem  
 nimirum Domini fauorē, simul con-  
 spirantium occasiones oboriuntur,  
 undiquaque diffluet & luxuriabitur.  
 Facilis, sola, & innocens naturæ &  
 iustitiæ via est, atque omne suscep-  
 tum quod à regulis rationis exorbi-  
 tat, errorem sibi ducem, & punitio-  
 nem comitem habet. Quicumque  
 bonum repugnanter ad suum offi-  
 cium quærit, aut in malum certum,  
 aut in bonum dolosum & periculo-  
 sum incidere meretur: Verum cul-  
 pa in illum solum redundat qui inde  
 panā recipit & tolerat; nec adeò est  
 conditio & natura Aulæ, quæ secum  
 hæc infortunia trahit, ac est justa ca-  
 stigatio Aulam perversè colendi.  
 Haud me fugit, avaros & ambitio-  
 sos hoc axioma durum & rigidum in-  
 venturos esse, verum quænam lex ju-  
 sta, eisque simul grata esse potest?  
 Tantummodo considerent si exig-  
 uis aliquis recti iudicii & virtutis ra-  
 dius

*In Aulæ  
 avaros &  
 ambitiosos*

dius ipsis superfit, quod suæ professioni repugnantia factitent, votumque & desiderium Principis produat, qui nihil aliud ab ipsis poscit, nisi quod bonum Status proprio commodo studiosius quærant & ament: quodque è contra procedentes, totum rationis ordinem evertant, qui ut quæ privatorum intersunt cedant eis quæ publici, exigit.

Anima advertant insuper quod iustitia & natura capitis & cordis conservationem illi cæterarum partium præferri requirant, Principemque ipsum huic eidem legi, quæ adeò ipsis dura videtur astrictum esse; cum sui Populi salus ipsi suâ propriâ carior esse debeat. Itaque quando dignitates & beneficia ipsis offerrentur, eo dulciora, quo rectius mediis legitimis, illa prosequuti & consequuti fuerint, ea comperient. Atque si iis sese privatos videndi infortunium accidat, illud absque querimonia & murmure sufferent, eoque consolabuntur, quod cum ea promeriti fuerint, solius Fortunæ culpa illa assequuti non fuerint.

*De actione  
& otio.*

Universæ illæ animi & corporis  
subli-

sublimes prerogativa, quas hucus-  
 que protulimus & discussimus, sunt  
 sanè quidem arduæ acquisitionis, &  
 laboriosi exercitii: Verùm in vitæ  
 curriculo rerum cognitio quantum-  
 vis perfecta, solummodò thesaurus  
 inutilis est, nisi actio & praxis eam  
 commendet & comitetur. Nobilis  
 qui singulis dotibus ad placendum  
 & sibi æstimationem comparandam  
 idoneis præditus esset, earum pos-  
 sessione indignum se redderet, si lo-  
 cò illas in hoc Aulae amplo lumine  
 exerendi, eas in suo pago obscure  
 latitare sineret, & non nisi ferocibus  
 incultis & agrestibus ingeniis eas  
 exhiberet. Sola actio potentiam ab  
 impotentia distinguit, atque quænam  
 sit inter insignem Status Ministum  
 & miserum artificem differentia,  
 dum uterque dormit minimè adver-  
 ti potest. Illustrium Virorum quies  
 & inertia crimen est, atque otium,  
 strenuorum Ductum magnanimita-  
 tem, & Philosophorum sapientiam  
 ignavia pusillanimum & stultitiæ  
 indoctorum adæquat. Si Virtus bo-  
 num esset sterile & infrugiferum,  
 haud abs re quidem tenebras & so-

litudinem requireret : verum cum naturaliter ad suam parem in aliis animis dispositionem ingenerare feratur, ipsiusque dignius exercitium sit sese communicare & transfundere, quis non nisi iniquè & immeritò ejus semina in locis silvestribus & ab hominum consortio semotis suffocare potest? Ut adhuc hæc dilucidior fiat veritas, nonne intuemur quod corpora quæ propius ad Divinitatem accedunt, sint illa quæ minus quiescant; Cæli uti propinquiores origini omnis perfectionis, indefessa rapiditate moventur. Terra è contra ceu ponderosa & gravis massa, & hujusce cælestis vigoris minus particeps immobilis & fermè absque ulla actione subsidit. Quicquid in una quaque re boni situm est, non nisi actu & motu discernitur, ac molle illud & ignavum otium quod in eo deprehenditur, naturæ imperfectæ & vitiosæ mera est necessitas.

*Quod omnis  
homo probus  
sibi astrictus  
Aulam  
festari.*

Cum hæc ita se habeant, omnis homo cujus conditio cum ad Magnates invitare videtur quique animam probis intentionibus refer tam sibi perficit, nonne astrictus est loci, qui

qui forsitan à nefario occuparetur, & cujus proculdubio toti regno consilia pernitiōsa essent, si ea ad Principis aures usque deferendi medium haberet, illuc impletum ire? Istic est ubi Honestus Homo, quem à probō minimè distinguo, debet eniti, ut suæ Patriæ sit utilis, atque ubi se gratum omnibus reddendo, non solummodò sibi ipsi, verùm adhuc publico & præcipuè suis amicis, qui erunt omnes illi quos virtute præstantes videbit, prodesse astrictus erit. Aditum sibi in Aulam ejus *De Initiã*  
modi Amicis qui accepti esse vo- *tionis in Aula*  
lunt aperiant, mihi placet. Ubi in eam profus novi & incogniti adventamus, utilissimum in adeò procellosi maris statu eminus considerando, antequam ei se committere, aliquantisper defixum hæere, esse comperio, ut calculum jacere, suo se pede metiri, ac sua inire & animo designare, cum majori prudentia & dexteritate consilia per otium liceat. Spinis uberius consita difficultas, quæ in hoc appulsu occurrit, *De electione*  
in amico fido iudicio & experien- *aliquis*  
tia pollenti deligendo sita est, qui, *amici.*

& certis directionibus, & veris instructionibus nos præmuniat, & qui consuetudinum quæ observantur & vigent, potentiarum quæ regnant, societatum & partium quæ sunt in autoritate, virorum qui sunt in pretio, mulierum quæ respiciuntur & coluntur, morum & rituum qui sunt in usu & celebritate, ac generatim omnium rerum, quæ nisi in ipsis locis addisci nequeunt, quasi tabellam oculis nostris subjiciat. Eo magis necessariae sunt hæc instructiones, quo graviora & fermè inexpiabilia & irreparabilia sunt quæ in principio committuntur errata, & de nobis opinionem imprimunt, quæ ut plurimum non expungitur, nisi cum ab Aula & mundo secedere parati sumus. Primarium autem & salubrius documentum quod in praxi revocari debet, est prima fronte in Optimatum & Honestorum hominum opinionem irrepere & gliscere, ac mulierum, quæ præmium conferre hominibus posse creduntur atque eos pro illis quibus ipsis placet venditare & traducere, uti paucae quædam reperiuntur quæ tantum sibi

*De aestimatione & quomodo acquirenda sit.*



authoritatis arrogarunt, gratiam si-  
 bi mereri allaborare. Virtus qui-  
 dem & meritum sola hujusce  
 opinionis fundamenta sunt, verum  
 nisi sit quadam felicitate miraculo  
 valdè affini, senescendi tempus sæ-  
 pe haberemus, antequam quid va-  
 leamus dignoscere faceremus, si eo-  
 rum æstimatione à quibus diligimur,  
 qui & iidem famâ pollent, nobis  
 subsidio non veniret. Qua de causa  
 prioris illius & fidelis Amici, de  
 quo superius egimus auxilium per-  
 plurimum aliorum nobis facilè bene-  
 volentiam procurare potest: cum  
 amicitia bonum sit quod se se com-  
 municare inter personas virtute præ-  
 ditas & latè discerpere delectatur,  
 quodve facis accensæ ad instar tot  
 succendit quot volumus: Ita ut in  
 hac variorum judiciorum multitudine,  
 & ingeniorum tot diversis ob-  
 jectis distractorum, quæ rarò peni-  
 tius inspicendi & expendendi me-  
 ritum eorum qui se se offerunt labo-  
 rem suscipiunt, possit dici alios esse  
 qui nobis æstimationem conferunt,  
 quodque nostrum sit tantum eam  
 tueri & conservare. Atque cum hi

De medio  
 Amicos pa-  
 randi.

Amici sint supellex adeò necessaria in mundo, ad rem erit cognoscere quomodo comparari possint. Et ut in Elogiorum infinita prolixitate, quæ singuli sapientes huic nobili passioni tribuerunt, quâ nostræ voluntates & commoda copulantur non immerer, & tot gratis quæstionibus quæ in hocce argumentum agitari solent non ludam, verbo dicam, quod ad se amore dignum reddendum oporteat scire amare; Hic est cumulus, apex & compendium omnium præceptorum, & quæadmodum hæc scientia non in vulgares animas incidit, earum etiam, quæ heroica generositate plenæ sunt, proprium est illius effecta producere, ejusque perfectam Ideam sibi figurare. Extrema ingenuitas, justa (i) alieno ingenio obsecundantis comitas, solida fidelitas, firma & genuina confidentia, facilitas & propensio ad obligandum, timor displicendi, ejus sunt indicia satis conspicua & speciosa: sed motus cordis illius est verus judex & supremus arbiter. Citò auttardè videmus, quod qui sub illis speciebus im-

ponunt,

(i) In Gall.  
complaisance  
si diceretur  
reddendum  
complacentia

Adversus  
Iudificatores

ponunt, qui solummodo suam inanem gloriolam pro bonorum officiorum quæ conferunt objecto habent, quive illis amicitæ aliterinarum blanditiarum spectris credulis visum perstringunt, seiplos damnant & exaurent, ac sibi odium publicum denique consent. E contra qui absque artificio amant ut plurimum eodem etiam modo diliguntur: & sicut Virtutis effectus est se se diffundere & propagare, hic etiam amicitæ thesaurus ad infinitum usque, quando est in suâ puritate, multiplicatur.

Tota nostra vita occupatur & consumitur in Actionibus & Verbis, possideant semper optima nostri Amici; indifferentibus communia sufficiant. Verùm in hanc divisionem, discursum, eorum quæ agenda supersunt illi quem præsupponimus non amplius egere, nisi æstimationem, quam eo comparaverunt qui in Aula eum laudaverunt conservare & fovere, necessarium est superstruere. Ad verba deveniemus, ubi de effectis egerimus. Inter fulgidiores actiones quæ vitam Nobilis

DIVI-  
 SIO  
 VITAE  
 IN AG-  
 TIO-  
 NES &  
 VER-  
 B. A.

De Actio-  
 nibus.

gloriosam reddunt, illę proculdubio magnanimitatis illustrioris & majoris commendationis sunt. In nostrorum Nobilium opinione hæc Virtus primas occupat. Quin etiam ut naturaliter sunt bellicosi, & cum ipsorum germana & essentialis professio sit exercitium armorum ei nomen adeo elatum indiderunt, ut eminentes omnes alias virtutes complectatur. Profecto quidem in eorum cor audax, & milles potius mortem oppetendi, quam ignaviam aliquam admittendi firmum propositum requiritur. Verum si regimine & dexteritate hoc fundamentum non sustentetur, illa æstimatio cujus beneficio eorum qui merito præmium assignare sciunt studium promeretur, ægrè hoc modo acquiri poterit. Qui aut pugnae, aut oppugnationis aut velitationis, aut aliorum similium conflictuum occasionibus interest, sese à turba subtiliter segregare eniti debet, ut cum minori manu ac poterit præclara & audacia facinora, quibus suum animum insignem reddere expetit, edat. Quæret imprimis se fortiter gerere in Principum

(1) *Intelligit  
Valeur, proprie valor  
& sumitur  
Gall. pro fortitudine.*

*De actionibus Fortitudinis & regimine animi.*

eipum exercitus conspectu, ac si fieri possit ad oculos ipsius Regis. Quot gesta heroica & memoratu digna in gregariorum militum multitudine suppressa & suffocata fuerunt; & quam infelix est eorum fortitudo, qui pro spectatoribus solummodò mercenarios, qui minus pro honore quam pro præda dimicant, habent. Hujusce virtutis cumulus est modestia, in cautè & prudenter de suis factis loquendo, & libertas ac candor, in ea aliorum, qui hoc dignè promeriti sunt altè & a pertè laudando. Hac viâ interficitur eorum invidia; qui gloriæ nostræ insurgunt; & præter quod hic agendi modus est generosus, laudes adhuc quæ aliis tribuuntur hanc prærogativam habent, quod eorum acclamationes & laudes, quos nostræ nobis devinxerunt, nobis comparent. Nobis igitur tot homines quos poterimus bonis verbis & solidis affectibus astringamus. Hæc est secunda actionum pars quæ nobis omnium æstimationem, studium & amorem conciliant. Officiosi amici deesse non possunt, & quibus amici non de-

*De Modestia in loquendo de se & de ingenuitate in laudandis aliis.*

*De bonis officiis.*

sunt. Fortuna deesse non potest. Illi non considerantur nisi tanquam homines ad bonum publicum prognati, illique aliquid in eorum conditione desiderandum tantummodo comperiunt, qui ipsis noti esse felicitate destituntur. Quam svavis est satisfactio liberali animæ, ne utriquam in officio defuisse quando illud conferre debuit, & quam fortunati sunt illi qui cum voluntate ad hoc ferantur potentiam etiam habent? Miseris opitulari, afflicti dolorem participare, imbecillitati eorum qui à potentia iniqua opprimuntur succurrere, nostris officiis eorum preces qui auxilio nostro indigent antevertere, insontes protegere, proborum hominum susceptis obsecundare, componere jurgia, dissidia conciliare, perniciofa pertinacium & debiliùm molimina suffocare, ac denique totum suum ingenium, suam authoritatem & industriam in benè agendo solummodo intendere & collocare, nonne actiones sunt sinon divinæ saltem plusquam humanæ, ac potissimum seculo in quo humanitas à mundo exulare

lare videtur? Quicumque ad hæc ingenium propentum habet, dubio procul illud ad liberalitatem etiam vergens habet. Haud infimum inter præcipuas vitæ actiones hæc virtus locum tenet, atque qui eam exercere possunt & noverunt non placere nescirent, cum paucae sint animæ adeo feroces quas non mansuefaciat ac sibi devinciat. Dux ipsi sit Prudentia necesse est, alioquin in profusionem degenerat, hocque vitio & novo laborat, quod seipsam pessundet & extingvat, ac materiam quæ ipsam fovere debet absumat. Artificio equidem & vanitate carere vult, verum absque recto regimine & mente diu subsistere nequit. Suas vires circumspicere debet, atque in adeo pura mediocritate se se continere ut neque Avaritia neque Prodigalitas eam usquam contaminent: Enimvero non secus ac fortitudo fervorem illum animi qui nobis periculum minus quam est conspicere facit, temperat, atque etiam timorem, qui nobis illud grandius quam apparere debet, figurat, difflat; sic etiam Munificentia moderationem

H O N E S T U S

inter inexplibilem acquirendi cupiditatem, ac cæcæ elargiendi satisfactionem & voluptatem ponit, Suis loculis auro sepeliendo delæctatur avarus eo usq; ut ipsi Soli qui illud produxit abscondat; immensus ipsius ardor divitias congerendi saturari non potest, ac igni similis est, qui quo plus materiæ invenit eo plus deorat: Prædigus ex adverso stultis impensis sua bona inutiliter profundit, eaque magis vitiosæ & profligatæ vitæ hominibus solummodo erogat: ita ut Stoicorum subtilissimus haud abs re fructibus illis, qui in præcipitiis cresunt, & inibi esse pro solo rapacium avium & ferarum usu videntur, divitias comparabat: Verùm qui verè munificus est, dare novit, quin datum amittat: & sicuti jucundæ & vividæ scaturigines, quin unquam exarescant, floribus & herbis tantum aquæ suppeditant ad eas in sua viriditate & vigore conservandas; ille sic etiam bona sua in honestos homines inexhaustis munificentia suæ fundis remanentibus dispergere novit. Adeo bene sua munera venuste & scite erogandi &

judicio



Judicio ea comitandi artem intelligit, ut nihil exiguum ex eo quod datur videatur. Et sanè saepe numero potius raritate quam magnificentia commendantur: Hyemali tempore fertum rosarum benè fotum & aservatum apud Dominam curiosam inæstimabilis valoris est; atque in eunte vere malum Armeniacum maturum Reginarum mensæ apponi dignum est. Quade causâ notandum erit, quid placere possit illi què devincere volumus; & cum in nostrâ electione positum sit dare quicquid nobis visum erit, curâ nobis sit, ut quod à nobis recipi cupimus diu duret, ut nostrum munus aliquo modo sit immortale. Hoc modo ipsi ingrati eorum non oblivisci coguntur, quoniam eorum memoria se moveri iis quæ oculi ipsi subjiçunt, impedire se non possent.

Ante omnia sedulò cavendum est, nequid offeramus quod sit inutile aut indecens, ut qui monstra prægnantâ mulieri, specula deformi, chirothecas Religioso, libros inerudito, & arma Philosopho, qui tantum suos libros deperit, offerret. Denique

ut in hac praxi non aberretur, haud levis momenti est semper dignitatem, ætatem, famam, facultates, & nativitatem eorum erga quos nostram exercere liberalitatem volumus expendere.

*De aliis  
actionibus in  
genere.*

*(m) Baslica  
Regum Gal-  
liarum.*

Verum ne diutius in omnibus actionum generibus enucleandis immorer, solummodò in hoc argumentum dicere satis erit, pernecessarium esse, ut qui in (m) Luparæ conclavibus & in illustrioribus catibus placere contendit, suas actiones ingenti cum prudentia regat. Eum circumspectum, perspicacem & solertem in omnibus quæ præstabit esse, necesse est & ut non solummodo incumbat in omnibus dotibus quas ipsi explicui comparandis, verum etiam ut series & ordo ipsius vitæ cum tanta dispositione regatur ut totum unicuique parti respondeat. Semper in omnibus æquam mentem servet, atque nusquam à se alienus & sibi met adversus, solidum & perfectum corpus omnium præstantium illarum qualitarum componat, ita ut minimæ ipsius actiones sint quasi quodam sapientiæ & Virtutis spiritu animatae.

animatæ. Sit in omnibus expeditæ celeritatis & promptus, nec tamen præceps ac stolidè vehemens & fervidus, sit sedulus & vigilans, nec tamen inquietus, sit audax, nec tamen insolens, sit modestus, nec tamen melancholicus, sit reverens, nec tamen timidus, (n) sit comis nec tamen adulator, sit solers & peritus nec tamen (o) factiosus, & ante omnia sit industrius quin tamen (p) strophis illudat.

Succedunt actionibus verba quæ sunt pars altera nostræ divisionis, & maximum atque frequentius vitæ hominum commercium constituunt. Hic potissimum est ubi regnat memoria, quia propter quod ab ea pendet grata illa sese exprimendi facilitas, quæ in plerisque hominibus observatur, quamve in mulieribus admiramur, in quibus præcipuè abundat: extempore in super superpeditat maximam illam rerum affluentiam, quæ confabulationi alimentum est. Quomodo verbis utendum sit, certas regulas præscribere impossibile est, propter infinitam congressuum diversitatem, quæ in mundo

(n) In Gall. complaisant, complacens propriè.

(o) In Gall. Intrigueur latinè propriè reddi nequit.

(p) In Gall. fourbe, fraudeus, ludificator.

DE

VER-

BIS,

quæ sunt altera pars divisionis vitæ.

Quod Iudicium sit loci ducit.

mundo occurrunt, in quibus vix autem ingenia per omnia sibi similia inveniri possunt. Quare ille qui plurimum conversationi sese accommodare vult, suo proprio iudicio duce uti debet, ut singulorum differentiam agnoscens, omnibus momenti sermonem & formulas agendi, pro eorum genio, cum quibus fortuna & suamet proposita ipsum congregari astringent, mutet.

DE  
CON-  
GRES-  
SU  
cum Prin-  
cipe.

De primo  
Introitu  
Honesti Ho-  
minis ad Re-  
gem & qua-  
lis debeat es-  
se ipsius ap-  
pulsus.

Illustrius ac utilius objectum quod possit eligere ut in sua confabulatione digne occupetur est proculdubio apud Principem. Quod primum ei necessarium est ad hunc honorem adipiscendum, est quidem ab eo cognosci: verum velle ut esset insigniori modo. Nihil inelegantius & frigidius siccis illis reverentiis, quas tot impudentes Regi ipsi exhibere audent, nec tamen quod ei proponant, aut quod ab aliis de se proponatur habet. Vir eximius non hac vanitate inflabitur, nisi fama ipsius eum praeceperit, ut aditum facilem ei conciliet: aut si qui eum introducit prolixam materiam cum Principe tractandi de insignioribus ope-

ris & luculentis servitiis nō habeat,  
quæ novus ille productus ei reddi-  
dit, aut imposterum ei conferre po-  
test: de honoris occasionibus qui-  
bus interfuit, de præcellentibus do-  
tibus quibus pollet, atque denique,  
si in se contineat unde gratum argu-  
mentum aulicam venerationem de-  
ferendi & adhibendi ei suppeditet,  
qui eum producendo, ipsi astrictus  
erit, quod eum elegerit ad ipsi hoc  
officium persolvendum. Cum eo mo-  
do in animum sui Domini sese in si-  
nuaverit ut omnes suas cogitationes  
& omnes sui animi ad ipsi patefaciē-  
dum quid valeat nervos, contendat  
velim. Tanto studio & amore saltem  
Personam ejus ac dignitatem profe-  
quatur et universæ ipsius actiones, vo-  
luntates ac verba ad ipsi compla-  
cendū ferantur. Istic est ubi cum uni-  
prosit, toti Monarchiæ eodē tempore  
utilem se reddit, & ubi ejus scientia  
& sapientia, tanquam nobilia & vi-  
vida semina, in Principum anima flo-  
res producunt, quorum fructus om-  
nibus suis subditis communicantur;  
Ita ut qui affectu Patriæ tenebitur, à  
supremis potentiis amari cupiditate  
acriter

acriter exstimulabitur, atque qui in folio sedent ad bono publico invigilandum studio prosequetur. Eorum animus vivæ virtutis luminibus instillandis allaborabit: in ipsis obediendo promptus erit, atque tempus, locum & cæteras circumstantias sapienter perpendere sciet. Ejus etiam silentium æquè benè ac sermo à nōtu & sui Domini voluntate dependebit; atque cum alloquendo adeò semper rectè præparatus erit, ut nusquam pro importuno aut imprudenti habeatur. Quod appositè dictum est, jugiter bonum est, uti etiam intempestivè prolata, neutiquam grata sunt. Hujusce vitii velle uno quoque momento eloquens videri origo nascitur ex stulta & ridicula vanitate, peritum & eruditum æstimari, quæ plerunque solum pudorem non auscultari reportat, præter censuram & vituperationem levitatis & exorbitantis animi. Qui tantæ felicitatis sunt ut facilem ad Reges aditum habeant, & qui cum quadam confidentia suâ verba ad eorum aures usque deferre possunt, genium illius cui serviunt primò studio

*De silentio et sermone eorū Regē.*

*Quod sit consideranda Principis inclinatio.*

studiosius explorabunt & scrutabuntur, ac meliori & ejus inclinationum acerrimæ sese accommodare & componere enitentur. Si rei bellicæ sit cupidus, non nisi de audacibus susceptis, de mediis ingentis exercitus alendi, de ordine & disciplina in eo observanda, de notitia quam de suis copiis habere debeat, de scientia ipsis benè imperitandi, de strenui militis signis & indiciis, de excellentis Ducis conditionibus, ac generatim de omnibus militaris prudentiæ arcanis, ipsum alloquetur. Si è contra sit pacificus, non nisi media justitiæ Regnum promovendi, & tranquillitatem publicam asserendi, suam auctoritatem firmandi, suos subditos sublevandi, industriè suis ærariis providendi & parcendi, vigorem commercio addendi, vicinorum amicitiam sibi conservandi, amorem suorum attrahendi, & Exteris timorem incutendi, & denique totius orbis Principum dissidiorum reddendi se Arbitrum, ipsi proponent & suggerent. Si literis delectetur, qui illi placere studet, videat in quam scientiam sit

*Princeps  
bellicosus.*

*Princeps  
Pacificus.*

*Princeps  
amicus lite-  
rarum &  
executionum.*

PRO-

*Qua obser-  
vanda sunt  
ad non dis-  
plicendum  
Principibus.*

*Insignes de-  
fectus.*

*(q) In Gall.  
Farsarons.*

propensior, & ei potissimum suum applicet studium. Et si honeste recreationes ei cordi sunt, se assiduum in iis ipsi servire, & in omnibus suis exercitiis ipsum sectari, reddat. Verum imprimis ritè sibi caveat ne unquam anxium marorem testetur ac ostendat quod seipsum ferme quæstioni applicet & torqueat, maximamque vim & coactum sufferat, id præstando, ad quod se solummodo astringit suâ propriâ voluntate credit. Nihil est quod vehementius optimatum animos offendat & gravius lædat tortâ illâ & coactâ obedientiâ quam in ministerio eorum qui ipsos potius obsident quam sequuntur, aliquando observant. Inveniuntur adeo incircumspecti, ut nusquam coram eis se se listant, nisi tristici cum vultu, & adeo ab alienato & insatisfacto, ut semper eis aliquid exprobare videantur: Quidam alii, ut strenuos milites sese simulent neutiquam inibi adsint nisi ut (q) Thrasones & magnifici ostentatores, atque suos aspectus & gestus ita feroces reddunt, ut diceretur quod tantum illud veniant ad contentionem suo Domino



mino movendam. Alii adhuc existunt ita familiares ab ipso suo in Aulam primo introitu facti, ut videnti & licentia pleno vultu Principes ipsosmet aggredi audeant, ac si aequalibus blandiri vellent aut favorem aliquem inferioribus elargiri; Sapientiores essent hi homines si suas ineptias in pago delitescere smerent, quam sua in Aula consumere, ut tantum in ea sint objecta ludibrii & contemptus: Apprimè igitur necessariū est in singulis congressibus membris, esse semper modestum & reverentem, sive in verbis sive in gestibus externis; atque illi diu perstare non possunt, qui sibi impudentia apud Magnates auctoritatem parare existimant. Hæc via tamen aliquando quibusdam feliciter succedit, verum incomparabiliter plures perdit quam exaltat. Revera admittendum est, quod se illis gravius periculosis honoribus Aulicis inebriantur, quam hæc familiari conversatione cum Principe; & nisi sit indolis excellentis, perarduum est ipsius sese confabulationi immiscere, quin aliquid excidat quod ipsi

*De venerationibus & impudentia.*

*Præcepta magni momenti congressu cum Principibus.*

ipsi displiceat. Nam si semel persuasum habeat, quod eo sit rerum peritior qui ipsi consulit, ut qui cum eo confabulatur, exinde proculdubio ipsum contemnet, & si etiam ipsum minus esse subodoretur, vix eum sufferre poterit. Naturaliter omnes homines indignè ferunt non præstare iis qui illis morem gerunt, verùm imprimis qui ad hoc obligantur suæ conditionis amplitudine; cum nihil sit in quo minus libenter cædere velimus quam in se agnoscendo minoris iudicii quam alius. Unde fit, ut quot quot sunt subtiliores Politici consulant, neutiquam coram suo Hero nimis sapiens velle videri, & nusquam ipsi nisi timida & dubia consilia perhibere doceant. Hoc est, ipsum alloqui cum quodam accentu submissionem redoenti, quive potius suam sententiam proponere, quam eam approbare videatur; ut inde saltem colligat, quod nostram coram ipsius iudicio opinionem flectere faciamus. Quicumque sic procedit, odium à se amolitur & querimonias quæ sinistros eventus, adeò summis Principibus toleratu

*De submissione qua utendum est consilium perhibendo summis Principibus.*

toleratu duros, subsequuntur; quoniam sibi fingunt quod Fortuna ipsis morem aequè benè ac homines gerere debeat. Eos etiam fermè jugiter omnes hâc inbecillitate affectos esse re ipsa deprehenditur, ut infortunia quæ ipsis obtingunt inconsulto regimini eorum, qui ipsis circumstant, imputent. Atque inde oritur illud præceptum tersioribus Aulicis adeo familiare: Quod oporteat ut consilium quod Regibus perhibetur sit lentum & circumspectum, & ut obsequium quod ipsis defertur sit promptum gnavum & actuosum. Imprimis protenaci axiome habent, nusquam ipsis obloqui & refragari; Extrema namque potentia, frequenter adeo cum delicato sensu conjuncta est, ut minimum verbum quod ipsi oblectatur eam lædat, ac videtur quod ipsi placeat, ut suæ opiniones partem suæ authoritatis componant. Non quod propterea in adulationem descēdere oporteat, vitium illud nimis ignavum est ut in Honesti hominis mentem incidat, præter quod non citiùs detectum est, ac authoritatem ac famam illius, qui

*De arte  
complacendis  
magnis  
Principibus.*

*In Adulatores.*

*In fortuna  
qua parit  
adulatio.*

qui fortunam suam adeo improbo  
fundamento superstruere meditatur,  
pessundat. O quam infortunati sunt  
Principes, quos loco fidelium ser-  
vorum exitiosa hæc lues publica cir-  
cumstat, quæ eorum ingenia mille  
ventosis & stultis imaginationibus  
inficit, unde eorum populi funesta  
deinceps effecta acerbè experiuntur:  
Hoc vitiū eo formidolosius eis me-  
tuendum est, quod quasi eorum con-  
ditioni inevitabile; qui cum sint co-  
acti, uti sunt, omnibus aurem præbe-  
re atque plurimum operâ uti; cumque  
assentatio apud ipsos fidelitatis &  
veri amoris larvam inducat, uti fa-  
cit, est fermè impossibile ut ab ea  
decipi & circumveniri sese impedi-  
ant. Homo probus igitur adeo per-  
nitiosæ malitiæ non aliter quam in-  
signis infamiæ exprobrationem de-  
vitet, & ne quidem ullam rem pro-  
ferat, quæ eis minimam tantum su-  
spicionem enasci facere possit. Illū  
quidem mansuetum morigerum &  
docilem desidero, verū (r) servi-  
lem comitatem & indignam homine  
honoris studioso ei suffere & indul-  
gere nequeo. Nusquam sui Domini  
opinio-

(r) *In Gall.  
complaisance,  
complacencia,  
id est,  
Ars com-  
placendi.*

opinionem confidenter & liberè  
damnet; verùm cum quadam mo-  
desta audacia: ac suam sententiam  
proponat, uti volens querere quod  
consultius est, & non uti confidens  
se jam invenisse. Ubi aliquod be-  
neficio aut aliquem favorem pro  
se aut pro alio postulare volet, eam  
ei adeò justitiæ plenam representet,  
ut eam quasi coactu & cum quodam  
desiderio remanenti non obtineat;  
quia ejusmodi gratia pejor est quam  
absoluta denegatio & repulsa. Neu-  
tquam etiam adeò fervidè ei instet,  
ut si acciderit quod repulsam ferat,  
non crederetur eum meritò & haud  
duriusculè exclusū esse: quoniã haud  
rarò perspicitur, quod ubi Principes  
gratiam aliquam ambienti non con-  
cesserunt, judicent eum qui illam  
efflagitavit eum multa instantia,  
eandem cum maximo ardore exop-  
tasse; Ita ut cum eam obtinere non  
potuerit, videtur quod in eum à quo  
illam speraverat, secretum quoddam  
odium concipere debeat. Tunc hâc  
super imaginatione Princeps etiam  
ex sua parte ipsos odisse incipit,  
eisque quidem ut eorum sufferre

*Quæ obser-  
vanda sunt  
efflagitanda  
aliquid à suo  
Hero,*

*Quod fugiendum sit ne reddamur importuni in Principum deliciis.*

conspectum nequeat. Sedulo præterea evitandum ne privatis superiorum deliciis intersimus, nisi hoc honore dignati ut accersamur; Quia sunt certa tempora & loci quibus valde gaudent esse in libertate dicendi & faciendi quicquid ipsis in mentem venit, nec ab ullo qui eos judicare, & perplexos tenere, & ne liberè spirent impedire potest, videri aut audiri voluit. Quod si iis sese fortuito involutum & immersum inveniat, quo dexterius & quo citius poterit inde sese extricare & auferre allaborèt; Atque ex his judicari potest, quod non minus hora & locus quam Persona perpendi debeant, in hoc laborioso conversationis genere.

**DI CON-  
VERSA-  
TIONE  
ÆQUA-  
LIUM.**

Illa inferiorum & æqualium aut eorum qui præ nobis non nisi aliamquam ab hac priori potentia dependentem dignitatem habent, non adeò tensa & difficilis est ac illa Domini. Verùm etiam in ea remitti, errare & impingere proclivius & in lubrico magis situm est, quam in illa alia, in qua semper illi præit ingenium, & ad res de quibus differere su-

re suscipit oppidò præsens est. Hoc potissimum inter nostros privatos amicos facillè advertitur, ubi anima nostra ab illa coactione quæ in aliis cæteribus quasi compedes ei injicit, se solutiorem persentiscens, cum certa quadam negligentia, quæ nos ab eo quod in publico videbamus, ferè penitus dissimiles reddit, omnes suos motus naturales laxari sinit & emittit. Hæc tamen libertas nunquam adeò neglecta esse debet, ut inter suavis & honestæ venerationis limites & regulas non se contineat, quæ nullam unquam animo violentiam inferens, hujusce grati generis congressus in sua puritate & absque ulla amaritudinis admixtione delicias sugere ipsum relinquit. Difficilior tamen quam videtur est hæc temperies, & non pauci in Lupara celebrioribusve coronis admirationem sui creant & animis infigunt, qui artem ritè vivendi & uti decet, cum iis qui ipsis fidissimi & familiarissimi sunt, perdiscere nequeunt. Enascitur hujusce mali causa ex eo quod probè non redament eos à quibus adamantur, & ex vanitate quæ

*De illa A.  
micorum.*

*De perpetuam admisionem conversationis amicorum.*

sufflantur, ut credant, quod cum satis honesti sint, ad nullos ex iis quos sibi semel conciliavere unquam amittendos, iis sibi asservandis non nisi languidè & oscitanter laborare dignentur. Ideo etiam duntaxat solis in locis ubi sua parta amplificare sperant, suū amabilius in genium & jucundius demonstrant & expandunt, ac amplis in theatris meliores quas addidicerint personas ludendas sibi excipiunt. Interea tamen quanta injustitia admittitur in eos qui nos diligunt, non ipsis afferre nisi ingenii nostri defectus & nævos, & iis à quibus nondum noti sumus tribuere quicquid ad placendum potius & præstantius habet? Illud sanè quidem hoc Sapientiæ præceptum prolixè ignorare est, quod nos edocet, animæ pretium in altum assurgendo non consistere, verùm in regulariter & æqualiter gradiendo. Enimverò vera ipsius magnitudo non tam in excelsis & extraordinariis rebus annotatur & relucet, ac in mediocribus & vulgaribus exercetur. Qui igitur solidam estimationem adipisci in votis habet, enitantur ut sibi caveant ne ab  
hoc



hoc genio intercipientur, quod illud  
 (f) ludicatorum proprium est, quo-  
 rum damnatio adeò generalis est in  
 Aulâ. Hâc via quam plurimi ad  
 perniciem properaverunt, qui post-  
 quam diu sub fucolauerant, tan-  
 dem detractâ larvâ comperiêre,  
 quod quæ ab una parte promo-  
 vebant, ab alia ruinam pateren-  
 tur, quodque antiquiorum ami-  
 citiarum excidia, cæterarum om-  
 nium quas adeò vitiatis fundamentis  
 superstruxerant, casum & interitum  
 post se traherent. Et reverâ, nihil  
 fermè oportet ad hominem in ejus-  
 modi rebus exautorandum & tradu-  
 cendum & ad efficiendum ut pro-  
 perfido, improbo amico, & omni re  
 adhuc pejori habeatur; Quia cum  
 hæc adhæreant animæ vitia; quæ nos  
 latet, gestimus & avidè appetimus  
 inter tantam personarum multitudi-  
 nem, quæ animi sententiam in Aula  
 (t) vultu tegunt edoceri, quænam  
 sunt (u) amicâ aut inimicâ mente sub  
 serenæ frontis specie. Et ubi semel  
 nostra devicta est imaginatio, appri-  
 mè manifesta & haud pauca, ad il-  
 lam revocandam requiruntur testi-

(f) In Gall<sup>o</sup>  
*fourbes.*

Infortunia  
 qua sequuntur  
 falsos  
 Amicos.

(t) In Gall<sup>o</sup>  
 qui tiennens  
 bonne mine.

(u) In Gall<sup>o</sup>  
 ont bon &  
 maunais jers.

monia: præter quod haud crebrò accidit ut errorem nobis auellere & ex animo abstergere studeamus. Interim horum rumoribus ad infinitum usque crescentibus, uti solent qui non sunt legitimi subtiles illi & (\*) excoctæ astutiæ Aulici sensim unumquemque ab eorum commercio secedere deprehendunt, seque suam potius famam extinxisse, eo quod eam potius latam quàm benè solidā acquirere voluerint: Quapropter omnes nostræ curæ occupari & contendere debent, in maturè & legitimis mediis honestorum hominum opinione comparandā cùm neminem fugiat quanti sit momenti, ad nobis viam contrahendam, quæ in excelsæ famæ sacrarium perducere potest. Solus homo in ampla Aula uti nostra, ipsemet omnia præstare non posset, & nisi à pluribus opem recipiat, se sæpe obrutum senectute videbit, antequam solummodo ad notitiam suorum æqualium pervaserit. Merito valere non omnia conficit, illud exercere, utile reddere, & pretium ei addere scire oportet. Maximopere juvat industria ad  
fulgo-

(\*) In Gall.  
rassines, i.e.  
repurgati.

De astima-  
tione & me-  
dio eam pa-  
randi.

Quod inge-  
nia iudicio  
præstantia  
sunt minus  
splendida  
quàm quæ  
imaginatione  
& memoriâ  
pallent.

fulgorem virtuti conciliandum, ac mirum est, quod illi potissimum, qui iudicio altius eminent, hoc adminiculo impensius indigeant: Quia iudicii effectus adeò lenti sunt, præ illis qui ex imaginationis vivacitate & memoriæ promptitudine nascuntur, ut si probi iudices non insuper hujus generis ingeniorum causam agendi æque ac eam dijudicandi, laborem subirent, sæpissimè eâ cadere in periculo essent. Præcipuè igitur hanc ob causam mihi placeret, ut quotiescunque noster Honestus Homo, primum suum introitum in aliquam illustrem domum faciet, aut quod cuidam coronæ interesse debebit, ubi singuli vultus, æquè ac personarum quæ ibi adstabunt ingenia ei ignota erunt, inibi bonam de suo ingenio antequam suam personam produceret, opinionem curasset disseminandam. Atque hac in re haud metuendum est, quod in pluribus aliis perspicitur, ubi sæpe evenit ut ex crebro incultata præstantiæ aliqujus rei laude, in imaginatione adeò perfecta illius idea ingeneretur & informetur ac adeò admiranda con-

*Differentia  
opinionis quæ  
concipitur de  
rebus intel-  
lectualibus  
& de illis  
quæ cadunt  
sub sensus  
exterioribus.*

cipiatur, ut cum eam metimur & conferimus cum prototypo, quantumvis magnus & rarus possit inveniri, præ eo tamen quod nobis in animo effinxeramus & designaveramus nobis imperfecta & tenuis apparet. Hic considerandum est, quod quæ suâ propriâ laude sic destituuntur, sunt ea de quibus oculus primò aditu judicare potest: ut qui nunquam Lutetiæ fuere & qui de ea tot miranda audiunt, illam sibi ampliolem & populo frequentiore quam deinceps comperiunt ubi illam oculis usurpant, equidem fingere possunt. Verùm in eximiis dotibus quibus homines decorantur secus se res habet, de illis enim non nisi minor pars emicat & exteriori specie se prodit, ita ut prima die quâ conversationem cum aliquo homine inire cepimus licet etiam nihil quod accederet ad ea quæ nobis promiseramus in eo deprehendissemus, non tamen illicò bonam de eo conceptam exuimus opinionem, verùm in dies quandam delitescentem virtutem detegere expectamus, primam illam semper impressionem, quæ testimo-

stimonio plurimorum habilium hominum, animo nostro infixæ est, tenaciter retinentes. Primæ autem hæ impressiones ita potentes seu potius tyrannicæ sunt, ut quanquam solidius vulgari rumore fundamentum non habeant, in rationem tamen iudicandi authoritatem usurpant, ac tantopere intellectum obcæcant, ut nec ad verum à falso, nec genuinum ab adulterino discernendum amplius valeat. Texunt quendam narrationem Itali, quæ haud malè virtutem istam opinionis probat: Verùm cum paucis ab hinc annis iisdem cum circumstantiis in Gallia renovata fuerit, eo modo quo novimus eam advenisse satius est referre, quam ad peregrina nomina recurrere. Erat quidam nobilibus natalibus, & merito admodum clarus, ad Poesin sic satis feliciter natus, qui haud exilem Genii ardorem iudicij; robur exerebat, ut sibi eorum quæ leviusculè res tangunt & perstringunt approbationem polliceri & sperare, imò etiam celebrem famam mereri posset. Nihilominus uti eam elargiri æquè ac dignitates & divitias

*De opinione  
ipsum cecitate  
& tyrannide.*

*Exemplum  
ad probandam  
opinionis  
viam.*

Fortuna fatagit & sibi vindicat; hic usque adeò infelix fuit, ut ex omnibus quæ componebat, nihil illis, quibus potissimum placere studebat, gratum esse poterat. Fastidium illud non nisi ex præoccupata opinione suboriri equidem subolebat; ac sanè satis de suis operibus dijudicans, ad dignoscendum quod si non extremas mererentur laudes, nullo saltem contemptu essent digna; validâ satis subtilitate ad injustitiam quâ afficiebatur demonstrandam, usus est. Primum (x) Malherbii opus quoddam, diu & avidè à Curiosis expectatum, cujusque primarium habuit exemplar, quod iis exhibere quos decipere volebat pollicitus erat, nanciscendi & sibi parandi curam habuit. Confestim cum eos adiiisset ut promissis staret, illosque, uti fecit, unâ falleret; quæ expectabant carminum loco, alia à se in eandem materiam composita iis subdidit, præfixo Malherbii nomine, quo plus auctoritatis suo tribueret commento, ea ex composito excudi curavit. Homines illi, quos jam omnes ad istorum carminum admirationem, hujusce

(x) Insignis  
Poeta qui no-  
visimis his-  
ce tempori-  
bus in Gallia  
floruit.

nominis veneratio disposuerat, ex-  
 clamations ad uniuscujusque (y) Stan-  
 cæ finem edebant, & adeo inso-  
 litos stupores à sensibus se abducen-  
 tes testabantur, ut quodpiam è cœ-  
 lo iis delapsum, tantum Divinitatis  
 in eo inveniebant, opus esse vide-  
 batur. Postquam ab hâc profunda  
 extasi, cui admiratio eos immerfisse  
 videbatur, otium redeundi eis con-  
 cessisset, alia adhuc scripta manu,  
 quæ sua esse ajebat, & quæ revera  
 Malherbii erant, eos inspicere pre-  
 catus est, ac judicium ferre suppli-  
 cavit, an sicut eorum materia erat  
 eadem, modus illâ utendi esset di-  
 versus. Quantus imaginationis effe-  
 ctus! Fermè omnes unanimi con-  
 sensu primo carmine mille ineptis  
 & ridiculis animadversionibus pri-  
 ma facie impetendo & discerpendo  
 inhæserunt. Unumquodque verbum  
 tria aut quatuor admittebat errata,  
 nequidem unum verbum Gallicum  
 erat nec ulla priorum & postero-  
 rum consequutio, nihil nisi asperita-  
 tes inelegantix & transpositiones  
 occurrabant, commata ipsa mendo-  
 se erant ascripta; atque ipsos horum

(y) Gallicis  
 carminibus ge-  
 nius.

anatomen instituere carminum in-  
traendo, dixisses quod quæ eis tra-  
dita, Helvetica non verò Gallica  
erant. Nec secundus nec tertius,  
levius primo, versus exceptus fuit:  
& nisi in quarto eos intercepisset  
nox, inscii & incogitanter conclu-  
suri erant sub finem Stancæ, Mal-  
herbium sensu communi privatam  
esse. Omnibus cogitandum relin-  
quo, quanta horum egregiorum ju-  
dicum confusio esse debebat, ubi  
utriusque istius operis certos Autho-  
res resciverunt. Miris solummodo  
opinionis effectibus considerandis  
insisto, quæ etsi hebes & cæca, sic  
hominis ingenium flectit ad suum  
arbitrium, & voluntatem quodam  
cum imperio æquè absoluto, ac si  
ratione duce uteretur, utrobique ab-  
ducit. Si de iis quæ meâ intersunt,  
quin insulstratis notam incurram,  
mihi mentionem hic injicere per-  
missum est, dignoscetur equidem,  
quod haud abs re potentiam illius  
nominem tyrannicam, quandoqui-  
dem omnes homines ut pro iis qui-  
bus ipsi placet habeantur efficere  
potest, habilis pro stolido, sapiens



pro absongo & inepto, homo benè moderatus & modestus pro pessimè morato & depravato, ac generatim universum ordinem quem ratio & veritas constituerunt funditùs evertere. Eo genio minimè sum ut me venditem pro alio à me diverso, quin etiam valdè caveo, ne pro homine in sua vita summè temperato me haberi velim; Et sanè negotiosa sollicitudo & confusio, quâ omnes illi qui reciprocanti pelago Aulæ immersi sunt & volutantur, excellentes illas virtutes quæ suavem illum & tranquillum vitæ statum, quem tanto cum cordis affectu vehementius expetunt eos exercere non sinit. Veraciter tamen asseverare possum, atque hujusce veritatis testes esse possunt, singuli quibus peculiariter notus sum, me neutiquam, aliquâ immoderatione & effusâ licentiâ deturpari & invadi, meam periculo exposuisse rationem. Quod si honestiorum hominum & eorum frequentationis amor me cum illis quos novi, in honestis recreationibus atque inter voluptates innocentes, vitæ partem traducere fecit, meam

*Aliud e-  
xemplum in  
eandem ma-  
teriam.*

meam laudandi felicitatem, quod  
 ita vixerim, causam habeo, potius  
 quam desiderio angere, quod illis in-  
 terfuerim conventibus. Interea ne-  
 scio quo pacto tamen accidit inau-  
 spicato, meum adeo feliciter nomen  
 eodem rythmo ac (z) Cabaret desi-  
 nere, ut excellentes & striduli Poë-  
 tæ, mei amici & ignoti promiscuè  
 & pari cum licentia, hoc rythmo,  
 qui ipsis adeo idoneus & commodus  
 videbatur, usi sunt, illumque ita  
 publicum fecerunt, ut multi ex iis  
 qui non me ritè norunt, sibi fingant  
 me aliquod cauponæ epistomion &  
 obturamentum esse, aut Madulfam  
 & gnathonem aliquem qui crapulam  
 nusquam edormit. Ita etiam in illu-  
 striorum Galliarum conventuum quo-  
 dam, ubi epithetum defectum ali-  
 quem aut virtutem illius cui imposi-  
 tum erat, exprimens, unicuique af-  
 signabatur, illud senis mihi inditum  
 fuit, quia ex mihi infito oris habitu,  
 me decem annis, quam reverâ eram,  
 majorem prodebam: Ab illo tem-  
 pore, mei amici, & plerique multa  
 dignatione viri, adeo, me sic nomi-  
 nando assueti sunt, ut haud semel  
 obtige-

(z) Conve-  
 nit cum no-  
 mine Au-  
 thoris quod  
 Gallice est  
 Faret.

Tertium e-  
 xemplum in  
 hanc mate-  
 riam.

obtigerit, quod obtineri ægrè potuerit, ut apud quosdam, qui me nusquam viderant, pro me ipso haberer, quia mihi promissa in senilem effigiem cana barba non erat, nec ullam aliam decrepiti notam præ me ferebam. Ætatis exemplum quod attinet, libero sum prorsus animo, ut de ea dicatur & credatur quicquid libuerit, illud in medium duntaxat profero, ad iniquitatem opinionis & quid illa possit probandum. At quantum ad aliud exemplum quod bonos mores petit, quâ in re quilibet suam præservare famam justissimè obligatur, confiteor, quod ex animo optarem, ut is qui sum æstimerer, utque potius ex meis actionibus, quàm ex nugis, quæ in trivis decantantur, cognoscerer. Verùm cum vulgares nimis sint meæ actiones ut eniteant, confido quod non mirum videbitur, si me quo possum modo exhibeam, atque si hujusce discursus occasionem arripiam, ut hanc renuntiationem profiterer & perhiberem.

Obliquos igitur rumores devitare ac rectam nostri opinionem in unius cujusque imaginatione si fieri possit excitare

*Excusatio  
Authoris in  
hac ambo  
exempla  
precedentia*

DE CON-  
VERSATIONE  
MAG-  
NATUM

excitare per necessarium est, verum præcipue summi momenti est, uti sæpè dixi, illam Procerum præocupare: siquidem æstimationem quam de aliquo perhibent certam quandam auctoritatem famæ tribuit, quæ adeò valide omnium animos ad magna de se credenda disponit, ut intra momentum ad illius æstimationis culmen sese inveniatur ad quod Honestum Hominem percurrere atque suarum actionum & sui regiminis excellentiâ in ea firmiter consistere sciat, velim. Illi, qui hoc evincere potuit, mereri ut eminentis conditionis homines potiori loco suam virtutem ducant, in illum adhuc usque favorem, ut in eorum familiarem congressum admittatur, pervenire facile est. Ut egregias sui animi dotes in ritè & acceptè conversando hæc viâ expandere auspicaretur, vellem; quandoquidem hoc unum hujusmodi hominum consortio immisceri eum altissimè subvehere potest, ac uno volatu illum eò deferre, ut ad sublimia contendere queat. Altè pronuntiare convenit quod nostra Aula omnibus aliis

*De humanitate Magnatum in nostra Aula, & quanto loco habeant Honestos Homines.*

aliis totius mundi hâc prærogativâ  
 luculenter præemineat, ut Hone-  
 stus-homo etiam si satis obscurè na-  
 tus esset ad non audendam ad Mag-  
 nates accedere nisi cum mancipii  
 submissionibus, si tamen semel iis pa-  
 refacere quid valeat posset, eos  
 inter se certatim delectari vide-  
 bit in ipso ad suum usque familia-  
 rem congressum evehendo. Et sanè  
 nostrorum etiam Principum pauci  
 sunt, qui adeò abductè in subli-  
 mis suæ dignitatis puncto se conti-  
 neant, ut si quispiam præcellentè  
 aliquâ dote nomen suum clarum fe-  
 cerit, non gloriæ ducant ipsi blan-  
 diri. Illorum saltem oris ac vo-  
 cis habitus erga advenientem Vir-  
 tute stipatum sunt officiosissimi ac  
 benigni, ac fermè omnes ab iis vi-  
 sitari & cum iis congregari haud præ-  
 gravari externo indice testantur,  
 millies potius quam cum plerisq; ex-  
 celsæ conditionis hominibus; qui cū  
 in amplas domos nisi simpliciter ob-  
 suam, non admittantur, neutiquam  
 eas subeunt, quin liberalem ali-  
 quam excusationem ad eos non vi-  
 dendos comminiscendi sollicitu-  
 dinem

dinem injiciant. Ubi igitur ille, qui solâ virtute duce & ope utitur, ad elatum illud gloriæ fastigium pervenit, ut quasi socium eorum quos cum honore suos Dominos nominare posset se inveniat, adeo spectabili prærogativâ ita sapienter uti scire debet, ut in ulla veneratione, quæ grandioribus illis viris adhiberi & deferri solet nusquam desit.

*De honesta  
veneratione  
suis & de  
molestis.*

In alteram etiam illorum extremitatem qui identidem exercendi civilitatis occasiones producere & invehere student ne incidat, apprimè cavere debet: nam denique nimiam comitate importunus fieri posset. Volunt quidem, Optimates ut eorum conditioni quod debemus studiosè deferamus; verum nihil impensius reformidant occursum illorum Molestorum, qui semper in insidiis sunt, ut insulsam aliquam urbanitatem obstruant & obrudant, aut ut inutili quodam obsequio eis incommodo sint. Atque sanè loquendo haud miror si illi homines, pro quibus solis ea quæ placent condita esse videntur, hos honores asperos in suaves & graves inveniant, cum nemo

fit

sunt eorum qui ipsis sunt inferiores,  
 quibus illi intolerabiles non viderentur. Ex gravioribus conversationis defectibus hic unus est; ac pauci reperiantur, qui potius aut Inepti aut Rixosi congressui, quam illi horum pertinaciter suis (a) Urbanitatibus obstrepentium, non sese exponerent. Potissimum animæ ingenuæ & credenti quod singula verba quæ ex ratione decori profert ipsius fidem oppignorent, in hoc ingeniorum intricantium genus incurrere est admodum tyrannica divexatio. Sunt equidem certæ quædam occasiones ubi eas devitare spinas impossibile est: verum Honesti Homines nullo aculeo impediti, eos leniter trajicere & superare norunt. Quin etiam soli novitii & qui naturaliter (b) siminix & projectiori loquacitati addicti sunt, iis stolidè infatuantur. Ita ut in visum hocce confabulationis genus (c) ancillulis & miseris aliquot affectis hodierna die in partem obrigisse videtur, qui se ex Aula esse non crederent, si ad vulgariore usque congressus, aliquam materiam suis ineptis ceremoniis inficerent.

*Adversus  
 pertinaciter  
 urbanitati-  
 bus obstre-  
 pentes.*

*(a) In Gall.  
 opiniafres  
 faise r de  
 conpliment.*

*(b) In Galli  
 coquetterse.*

*(c) In Gall.  
 saubrettes.*

ficiendam non invenirent. Si quæ percrebrescunt vera sint, nimirum quod dentur ingenia adeò impotenter ægra, ut peculiare studium hac de ridicula scientia instituunt, certè miror quod Rebus publicis non exterminentur & amendantur, quodque eisdem suppliciis non puniantur quæ in quietis Status perturbatores Leges præscribunt; cum nulli extent qui societatem humanam adeò inquietent, ac hoc importunum hominum genus. Neutiquam Honestus homo abuteretur iis quæ proferre potest, aut actionibus decori quarum usum scitè noscet ac imprimis in Procerum frequentatione, quos confestim supervacaneæ ceremoniæ quibus eorum gratiam sibi demereri putaret fastidirent.

*De Genii a-  
qualitate.*

Verùm advertendū est, ut cū ab hoc amplo mundo redibit, oporteat eum robustæ satis rationis esse, quò æqualibus suis & inferioribus intersit, quin caput hisce fumis sibi incallescere testetur: Etenim si eā debilitate esset, ut illis sese inebriari pateretur, utrorumque brevi ludibrium & contemptus fieret:

Hæc



Hæc æqua mens in vivendo eadem  
 ratione & tenore cum suis amicis &  
 privatis hominibus, ubi à (d) laquea- (d) *In Gall.*  
 tis tentoriolis, pensilibus umbellis, *Dais.*  
 & ex (e) clathorum repagulis pedem (e) *In Gall.*  
 referimus, est incomparabilis in- *Balustres.*  
 cantatio ad generosa corda sibi ra-  
 pienda. Siquidem quemadmodum ni-  
 hil intolerabilius iis est supercilio  
 illorum quibus Magnatum favor  
 mentem luxavit; Ita etiã nihil est  
 quod ipsis gratius placeat, aut quod  
 iis certius virtutis benè solidæ au-  
 gurium sit; quam tanto magnifi-  
 centiæ fulgore non perstringi. Qui  
 tamen illis fruïtur honoribus, ob-  
 servare debet, ut omnibus suam  
 communem non faciat conversatio-  
 nem & amicitiam, ne tandem malè  
 suboleret illis, qui suam quam maxi-  
 mè deprimere credunt, eam ad illum  
 usquè descendere permittentes. Mil-  
 le de causis habilis homo vili &  
 nequam plebeculæ gregi se immif-  
 cere, nec commercium quoddam cū  
 declamatae vitæ hominibus inire,  
 nusquam debet. Multum temporis  
 requiritur, ad salutationem familia-  
 riorem, quam aut insignis (f) La- (f) *In Gall.*  
 tro, aut *Filon.*

De indignis  
 consuetudi-  
 nibus & ho-  
 nestis neces-  
 situdinibus.

tro, aut prostibulum aliquod, aut quispiam alius improbæ & obliquæ notæ ei detulerit, in conspectu plurimum clari nominis hominum, resarciendum. Et nisi ex consortio quidam, aut ille ipse hanc notitiam in jocum lepidè incidere faciat, maximoperè metuendum est, ne sinistra supersit aliqua opinio in eorum animo qui illum in hoc peculiariter reflexerint. Plurimum igitur interest, non nisi honestis consuetudinibus uti, ac ex quibus pudore suffundi coram ejusmodi hominibus non possumus, quorum suspiciones eò diligentius reformidandæ sunt quo raro admodum eas disquisitione liquidius perspicere allaborant. Quicumque ab illustrioribus illis coronis comiter ac venustè discedere potest, cæterarum omnium aditum facilè sperare potest & in iis exoptari, ac cum gaudio & applausu in iis recipi. Maximum bonum quod in eum ejusmodi cognitione redundat est quod illum oppugnare improbi vereantur, & in eum non nisi pavidi & tremuli suam malitiam audeant exercere invidi. Ubinam tutò in  
 ipsius

*De prerogativa  
 qua ex eo quod sit  
 notus  
 Proceribus  
 resurgunt.*

ipsius vitam suam virus possint effundere, nesciunt; quia ficti ejus actionum approbatores ipsi ubique adesse vident, ei totidem esse suæ virtutis patronos animo inducunt. Ita ipsi qui ejus gloriæ infesti sunt eam cum aliis prædicare coguntur, ut saltem hunc laudando, quempiam alium cui securius dentes infigere possent auctoritatem virulentius denigrandi sibi reservent.

Interea sive cum Optimatibus, aut mediocribus, sive cum familiaribus, aut extraneis, & ignotis, ac generatim cum universis conditionum diversarum generibus sunt quedam præcipua axiomata observanda, errata declinanda, & certæ quedam dexteritates exercendæ, quas si non pernoverit qui obsecundantibus & copiosis ventis navigare putat, ut à naufragio se submoveat valdè difficile est. Sublimioris momenti ac generalius axioma quod in hoc commercio considerandum est, est passionum moderatio, & earum potissimum, quæ in conversatione plerumque acrius commovent & inflammant, utpote iræ, æmulationis,

AXIOMATA  
GENERALIA  
CONVERSATIONIS.

*Quod oportet vincere suos passiones & domare suam iram.*

intem-

intemperantiæ in sermone, vanitatis in enitendo ut præ aliis noscitemur & effulgeamus. Et continenter ad hæc inconsiderantiæ & præcipitis animi impetus, pertinaciæ, asperitatis, stomachi & indignationis impatientiæ, præproperæ celeritatis, & mille aliorum defectuum, qui fædorum rivulorum ad instar ab hisce inquinatis scaturiginibus defluunt. Et revera ubi animus tetra lethalium horum seminum contagione est infectus, quid speciei est ut possit producere nisi fructus amaros? & ut ii qui eum agnoverunt illius tanquam hominis morbo quodam pestifero obsessi congressum effugere non studeant? Compotes igitur nostri simus, & propriis imperare affectibus sciamus, si illos aliorum nobis promereri cupiamus: Haud enim æquum esset ad voluntates tot honestorum hominum qui in Aula degunt nobis parandas aspirare, si nostrâ propriam voluntatem domare & superare, & leges ad eam in centro rationis semper continendam idoneas prius non figere didicerimus.

*De mansuetudine & animi moderatione.*

Moderatus animus, quique se leviter

viter abripi non patitur, in omnibus  
 suis susceptis, five ad negotia, five  
 ad placendum, oportunitatem cap-  
 tare & suum tenebit deligere tem-  
 pus, appositè urgere à differre occa-  
 sionibus cædere & sese accommo-  
 dare, ita ut ex omnibus quæ ipsum  
 impetent nihil illum lædere queat.  
 Si velit, & si generositas in eo non  
 offendatur, fingere noscet, dissimu-  
 lare & rebus alium colorum inducere  
 licet, & ubi ratione quadam defrau-  
 dabitur, satis semper tranquillo &  
 aperto ingenio erit, ad mille alios,  
 terminando id quod prosequitur,  
 idoneas in super comminiscendas.  
 Turbulentus è contra & qui primis  
 motibus eum agredientibus se abri-  
 pi patitur, ita suum intricat institu-  
 tum, ut gravis & incomodus omni-  
 bus fiat, & sibi ipsi intolerabilis  
 reddatur, Nil nisi ex abrupto pera-  
 git; & sicuti omni ordine & regula  
 duce destituitur, omnia ipsius consilia  
 & suscepta confusionem quæ in ejus  
 anima regnat sentiunt. Oportunè  
 flectere usquam nescit, atque adeò  
 suæ naturæ habitibus sententiæ suæ  
 justo addictiori indulgentiæ sese

E manci-

*De asperitate  
 & animi  
 pertinacia.*

mancipavit, ut sibi fingat omnia ipsi adversantia sanitati mentis haud consentanea esse. Miseri illi homines multa quæ perpetiantur in mundo habent; Quin etiam habilis homo (g) diversâ prorsus ratione procedit, & cavet equidem ne tantoperè naturalium suarum propensionum servituti sese addicat, ut omni tempore illius personæ, cui se acceptum reddere optabit eas submittere non possit. Ex summis nostræ Artis præceptionibus una est, hæc animi docilitas. Quicunque arbitrio & ingenio aliorum obsecundare & complacere novit, placere audacter sperare potest; Et revera certissimum animæ benè natæ indicium, sic universalem & plurium formarum capacem esse; modò ex ratione & non ex levitate & debilitate hoc sit. Rusticum & stolidum est, adeò sibi insitis animi habitibus addictum esse, ut de iis omninò nihil remitti & deflecti possit. Benè natus animus, ad omnia quæ ipsi occurrunt sese componit, & uti de Alcibiade jactabatur, adeò ad accommodationem facilis est, & certo omnia

(g) In Gall.  
d'un autre  
air.

De complacencia sive  
de arte complacendi.

omnia modo facit, ut peculiaris  
 cujusdam ad quolibet eorum quæ  
 ipsum gerere conspiciamus, propen-  
 sionis esse videatur. Nulla dantur  
 adeò abrupta & proterva ingenia,  
 cum quibus citra dissidium vivere  
 ille non possit, nec adeò morosa,  
 cum quibus esse, versari & agere  
 non placidè ferat. Si in hominem  
 irâ percitum incidat, primæ effe-  
 rata hujus passionis violentiæ, quæ  
 omnia sibi obluentia abrumpit,  
 adeò dexterè cadere noverit, ut  
 sensim obcecatum illum vindictæ ar-  
 dorem frigefaciat, ac paulatim  
 arma de manibus illius, qui paulo  
 antea sanguinis & furoris solis co-  
 gitationibus agitabatur, exidere fa-  
 ciat. Ubi è contra suavibus illis len-  
 tis & sedatis ingeniis intererit,  
 quæ ab eodem nusquam situ dimo-  
 ventur, & quibus concutiendis in-  
 juria nulla satis potens est, aut quæ  
 potius, in iracundiam usquam de-  
 labi minime audent, ne aliqua sese  
 ulciscendi obligatione implicent;  
 sapientiæ & moderationis animi ex-  
 empla duntaxat laudabit, ac omni-  
 nò remotâ pusillanimitate, suis ita

*Quod Hone-  
 stus - homo  
 cum inge-  
 niis morosa  
 & violentis  
 vivere nove-  
 rit.*

*Cum inge-  
 niis mitiori-  
 bus & len-  
 tis.*

sermonibus ad vivum prudenti personam depingere tenebit, ut nunquam illius sensum & sententiam, cujus sibi studium devincire in votis habebit lædat. Cum amore captis, (h) haud gravis multum ei labor erit, etenim cum pauci sint elegantes in Aula viri, qui hâc suavi stultitia iæti & perturbati non fuerint, quęcunque placent eâ ægrotantibus, propriâ experienciâ addidicerit. In subjecto amato & venustates & novas formas, quę nunquam Amasio ipsi forsitan innotuerant, unoquoque momento deprehendet. Nullę animi dotes nec ulla adeò tenuia vultus lineamenta, in ea emicabunt, quę cum admiratione non expendat: Atque ut perfectam sui ingenii obsecundantem comitatem & complacentiam reddat, hâc in re solummodo, cum aliquo legetimę excusationis genere, atque id præcipuè, si ejus intentum est probum, in adulationem aliquantisper propendere poterit. Nullo defectu gravabitur, cui non alienam, mitiori quadam loquendi formula, speciem non inducat: Si subnigri sit coloris, eam castanci

*Cum ingenii  
amore incen-  
sis.*

*(h) In Gall.  
il aura heu  
ieu.*



castanei & subaquili esse dicet, & ejusmodi maximam partem pulchritudinum, quas demirata est Antiquitas, fuisse: Si rufo & rutilo capillo. Italorum, aliarumque Nationum, quæ eas sic amant ac deliciariorum & amore perditius incensorum Poëtarum, qui solos illius coloris capillos prædicant, gustum approbabit: si nimium macilentæ sit & exilis, eò dexterior & agiliior erit; nimium obesitatis non erit nisi bonus succus & vividus corporis habitus: Proceritatis immensitas pro Regiæ & Amagonis statura habebitur: ac denique unamquamque imperfectionem vicinioris perfectionis nomine cooperiet. Quod potissimum animadvertet erit, ut nulla in suo sermone dissimulatio emittet, & ipsius vultus os non prodatur, atque uno momenti quicquid ejus ingenium sollicitè comminiscendo extruxerit non destruat. Est certè quidem dura admodum ingenue animæ divexatio, adeò dissimilibus ingeniis & suo contrariis interesse, & quantumvis habilis & complacens sit homo, magnoperè tandem

*Præcipuum  
præceptum  
complacencia.*

*De libertate  
qua reperitur  
intér honestos  
homines.*

*Adversus  
garrulos.*

dem difficile est, ut tedium non progeneret, sic se variando & effingendo, ac adeò sæpe quasi equuleo se frangendo. Verùm etiam ubi in honestos homines incidet, & qui omnes generositatis partes sicut ille possidebunt, malè insumptas suas horas plenissimè compensabit. Istic agere omni cum libertate suam pro pensionem naturalem relinquere, & animam suam ad intima usque reserare poterit, nec veritus suos illi sumiri sensus: Quia cum virtus sit ubique æqualis, omnium eam confectantium opiniones consentaneas facit. O quantam voluptatem presentiscit benè tinctus homo cui ejusdem temperamenti cum suo alii occurrunt. Et quam omnia alia gaudia sunt imperfecta, si conferantur cum suo, quod est eò purius & suavius, quo cæteris liquidius agnoscit, satisfactionem quâ perfruitur summum vitæ bonum esse! Verùm à complacentia abscedendum est, ad obloquendum iis qui nimium loquuntur. Profectò in conversatione gravior & in vita perniciosior defectus non datur; uti etiam ta-

cendi

cendi potentia ex utilissimis in ea  
 Scientiis una est. Quicumque hoc  
 in se imperio non valebit: benè ca-  
 veat necesse est ne suam Aulæ ex-  
 ponat fortunam. Nulla comparatu  
 facilior hâc virtus extare videtur;  
 Et interea tamen nullam difficilio-  
 rem & rariorem esse dici potest.  
 Multo plures magnanimi, liberales,  
 casti, & in suis violentioribus affe-  
 ctibus moderatiores homines repe-  
 riuntur, quam ex illis qui silentium  
 uti decet observare noverunt, per-  
 spiciuntur. Nostræ debilitatis, &  
 imprudentiæ haud evidentior  
 hâc probationem perspectam ha-  
 beò; quam quod singuli sapientes  
 & univèrsa secula utilissimam &  
 perniciosissimam hominis partem,  
 pro suo recto aut pravo usu linguam  
 esse clamaverint: Omnes nos do-  
 cuerunt, eam tot vinculis naturali-  
 bus non ligatam esse, nec tot obici-  
 bus & vallis circumdatam, quam  
 ad nos admonendos; tanquam pre-  
 tiosum thesaurum ei inclusum esse  
 cujus adeò delicatum est regimen,  
 ut abunde effluere absque insigni  
 periculo non possit. Et nihilominus

*De difficul-  
tate silendi.*

*De incom-  
modo quod  
et eant laqueis  
cei.*

fermè omnes adeò eâ nos abuti cer-  
nimus, ut quemlibet in suò ore lin-  
guam habentem, secum crudeliorem  
& formidolosiore suum hostem ge-  
stare asserere possimus. Verè etiâ af-  
firmari potest quod qui nec ullo tem-  
pore nec ullâ de causa, illam verbo-  
rum exundationem compescere que-  
unt, sint apprimè conversationis sua-  
vitatibus infensi. Quantum intolerabi-  
le homini est supplicium, potissimû  
si solus sit, & aliquo exequendo opere  
prematur, obvios habere ejusmodi  
homines qui nequaquâ hominem di-  
mittere possent, quin omniû suorum  
negotiorum & omnium litiû suorum  
consanguineorum & vicinorum nar-  
ratione, quasi mactaverint: In co-  
ronis quibus inter sunt, nusquam ferè  
sunt qui præter eos discurrant; aut si  
quispiam autoritate conspicuus &  
benè cordatus, serium sermonem in-  
stituat, tantoperè equidem sunt per-  
frictæ frontis ut eum interpellent ad  
ineptias tantummodo effingendas:  
Cum n. eo robore non sit eorum ani-  
mus, ut ratiocinationis judicio plenæ  
seriem resumant, illicò ad suam gar-  
gilitatem confugiunt, ac ceu claudâ  
illi

illi se gerunt, qui in equum ascendere  
 coacti concitatissimo equi gradu il-  
 los antevertere quorum cum pedites  
 essent bipedalem & simplicem gres-  
 sum festari non poterant, gloriari e-  
 quidem audent. Semper aliquid feli-  
 cissimi num, inauditum, admirandum  
 dicendam habent; & semper tamen  
 eandem chordam oberrant, & per-  
 petuo iterant eandem cantilenam,  
 quæ insuper adeo frigida & vetusta  
 est, ut à primo verbo attentionem  
 facilius eam tolerantium lædere in-  
 cipient. Eorum jucundiores, recen-  
 tiores, & ad modernum gratius ac-  
 commodatæ narrationes, plerumque  
 aut de suis luculenter gestis, aut de  
 egregiis defuncti Domini Bironii,  
 aut cujusdam alterius seculo Ducis  
 facinoribus agunt; Atque sicubi  
 novis referendis animum adjicere  
 velint, in bonis & illis quarum a-  
 vidi & curiosi sumus eligendis, adeo  
 tenuis sunt judicii, ut potius in ali-  
 quot nuntiis de iis quæ in Mexicana  
 & Goa geruntur, quia à nobis longè  
 multum distant, advehendis ludent  
 & excurrent, quam de obsidione Ca-  
 zellensi aut de Batavorum in Belgio

*Frequentes  
 ineptis garru-  
 lorum.*

progressu, quia hæc nobis finitima  
 sunt, inquirendis solliciti erunt. De-  
 nique universi eorum sermones, ita  
 sunt intempestivi, ut in eorum ore  
 bona mala fiant, & totum suum a-  
 mittant leporem grata & jucunda.  
 Quin etiam soli illi tantum qui cum  
 iudicio silere noverunt, eodem modo  
 loqui possunt. Homerus qui Ther-  
 siten, tanquam ineptiorem & vitio-  
 siorem qui, in obsidione Trojana,  
 Græcorum castris interesset, ob oculo-  
 ponere in animo habuit, ipsius  
 defectuum accuratius illo nullum  
 depingit, quo extremâ & intolerabi-  
 bili loquacitate infamis erat, atque  
 quodam in loco Regem Agamem-  
 nonem sceptro objurgantem & aures  
 ei demulcentem inducit, ut eos silen-  
 tium observare doceat qui loqui non  
 didicerunt. Qui autem ab hoc gar-  
 rulo Dæmone obsessi sunt, non so-  
 lummodò gravandis omnium auri-  
 bus suis ridiculis fabulis sunt impor-  
 tuni: advertitur insuper, eos glorio-  
 farum pecudum insulsissimas, verbis  
 in Deum impios, obtrectatores, in-  
 signiter mendaces, & alterius arca-  
 norum corycæos & immaniter cu-  
 riosos.

*Vitia ordina-  
 ria garrulo-  
 via.*

riosos esse, ut primo oblato sibi auscultare volenti, iis delicias faciant.

Unum ex malignioribus & atrioribus improborum animam contaminantibus vitiis, hoc postremum est.

De aliis mox enumeratis verba faciam, ubi tempus erit. Nunc mihi temperare non possum, quin fermè

generatim omnibus succenseam, qui adeò projectæ fidelitatis sunt, ut

vix unus proftet sat fidus ad alterius secretum ita religiosè retinendum,

ut premente illa tentatione, intimo & modesto saltem Amico ipsum

communicandi, sese abripi non patiatur. Exemplum Midæ, quanquam

fabulosum, facetè admodùm hanc comprobat veritatem. Hic miser

Rex, suas promissas aures asininas occultandi cupidus, quas indignati

Apollonis ira, suarum loco ei immiserat, incomparabilem, eas purpureis tyaris velandi, quibus frequen-

ter utebatur, curam adhibeat, verùm impedire non potuit, ne tandem tonsori suo innotescerent. Hic homo secretum illud nemini aperire ausus, ne sibi perniciem acciret, nec potis etiam ipsum diutius, ob pudendam

*De Difficultate quam habent homines in conservandis arcanis quas ipsi committuntur.*

*Exemplum in hanc materiam.*

dendam illam debilitatem, quæ omnibus fermè congenita est, silentio comprimere; Denique se vividè compunctum sentiens nec ulterius suæ linguæ continendæ potens re in auditâ impeditæ, quam tamen citra manifestum vitæ periculum divulgare non poterat hoc importuno onere, quod tantum inquietudinis ei afferebat, benè procul in campos ire se levatum animo induxit. Inibi circum se attentè speculatus, seque solitarium omnino inveniens, scrobem satis altam in terra effodit: Postquam in eam desiliisset, ac in imò fosse prorsus se in curvasset, quò submissius potuit: hæc protulit: *Aures asininas habet Rex Midas.* Cum ita aliquomodo se sublevasset, hunc locum terrâ adoperuit, ne forsitan avolaret secretum. Nihilominus eo non benè repleto, tenue quoddam spatium remansit vacuum, ubi cum diu aqua pluvia decideret, species quædam paludis se formavit, in qua temporis tractu, innumeræ arundines crevere: Hæ arundines cum suo nutrimento, paulatim etiam (refert fabula) verba à tonsore eo in loco



loco proclamata attrahunt? Ita ut minimo commotæ vento, continuo sibilo & sonorum repercussu, hæc verba reddebât: *Asininas aures habet Rex Midas.* Quot singulis diebus homines occurrant ejusdem genii cum illo tonsore, quorum auri non citius arcanum instillavimus, quod violenti alicujus veneni ad instar nauseam eis concitat, donec illud egerint? iis perforata esse Lingua quodque nihil tenere possit videtur, ajebat Antiquus quidam. Quicquid mente concipiunt, hæc via effluit: atque eorum impudens & præruptum verbum, ceu jaculum rectâ sursum evibratum æquè citò iis perversum fit, & in ipsosmet ac in alios recidit. Quia etiam atrocissimum hujusce vitii garrulitatis infortunium est, quod præterquam ridiculum censetur, fit insuper ut plurimum iis qui animam & linguam ipso ægram habent funestum.

Reverâ quidem minimè miror, si qui ad rectè cognoscendum & penitus degustandum illud hominum genus quod certo quodam excellentiæ nomine hodiernâ die honesti-homi-

E L O -  
G I A H O -  
N E I S T O -  
R U M H O -  
M I N U M.

nes vocitantur, idonei sunt, iis blandiantur, in deliciis habeant, & adeo impensius eos admirentur uti faciunt: quoniam ii soli sunt, qui inter vitiorum depravationem & sordes quas per totum hunc discursum censurâ notavi & coargui, & inter infinitam aliorum multitudinem, quibus aut propter eorum deformitatem & atrocitatem, aut vilitatem immorari non audeo, conservant quasi imaginem inter se illorum sceleris purorum & innocentium morum, quibus protoparentum nostrorum Paradisi delitiæ constitisse dicuntur. Verùm adeo modicus & parcus est eorum numerus, quod haud æquo longius multiplicandus esset illo Phœnicis, ut ei horum admirandorum hominum æqualis redderetur. Quam mirum est inter scopulos quibus utrinque Aula est obsita, ipsos prospectari mox saxi cujusdam cuspidis illisionem devitare & suffugere, mox venti cujusdam ex diametro adversi vehementiæ validè obsistere, mox violentiæ fluctuum & impetui cedere, & in iisdem locis quo alii sine naufragio appellere non auderent, eos facile & libere

*De eorum prudentia.*

libere tranare & quin eos etiam in-  
 minimum periculum devenisse a-  
 nimadvertatur? Tanta eorum vitæ  
 regimen prudentia comitatur, ut  
 pauca sint tenebræ adeò obscuræ,  
 quæ illud in errorem compellere  
 queant, ac potissimum id eorum lin-  
 guæ ad fixum & firmum est; ut neu-  
 tiquam sese præcipitet. Intra ratio-  
 nem illam oppidò eorum iudicium  
 consistere cogit, ipsiusque motus,  
 rapiditatem & volubilitatem cohi-  
 bere novit, potentiùs quam agger  
 benè obfirmatus & suffultus, flu-  
 minis impetum & torrentis devasta-  
 tionem coercere non potest. Adeò  
 maturè suas animas ad bonum flexe-  
 runt, easque fugiendis vitiis quæ  
 conversationem corrumpunt ita  
 asuefecerunt, ut omnes virtutes qui-  
 bus Sapientes ipsi suæ ratiocinatio-  
 nis robore exercendis multum labo-  
 rant, naturaliter profiteri videantur;  
 absque studio urbani sunt & officiosi  
 non solummodo in obsequiis persol-  
 vendis, honore habendo suis supe-  
 rioribus, & suis æqualibus colendis,  
 verum etiam in plurimum deferen-  
 do & indulgendo suis inferioribus:

Atque

*De regimine  
 eorum lin-  
 gua,*

*De eorum  
 facilitate in  
 benè facien-  
 do.*

*De eorum  
 humanitate.*

*De eorum  
familiari  
conversa-  
tione.*

Atque hæc eo cum majori applausu  
iis succedunt, quo minus absque arte  
& ulla coactione ea peragunt. Eorum  
aditus est adeò facilis & gratus, ut  
nemo sit qui ejus communicationem  
non expetat: & ubi eos frequentavi-  
mus in illorum animo tantum dulce-  
dinis, in anima tantum probitatis,  
& in sermonibus tantum recte ratio-  
nis comperimus, ut doceant se feli-  
ces qui solidam suam vitam in eorum  
consortio consumere possunt. Si iis  
loquamur attentis sunt, quin unquam  
interpellent & ubi respondendi tem-  
pus est cum ordine & judicio id præ-  
stant. Si propositiones quæ coram  
ipsis fiunt sint adeò parum rationi  
consentaneæ ut eas sufferre non de-  
beant, earum absurditates cum tanta  
lenitate & modestia demonstrant,  
ut ab iis coargui plus devinctos nos  
sentiamus quam si multorum aliorum  
consensum & approbationem habe-  
remus. Rarò eos irasci, aut ineptiis  
& levitatibus in eorum conspectu  
admissis solummodo suboffendi per-  
spicimus: Namque suam assuefece-  
runt gustum non omnibus quæ eis  
displicent recundi. Quin etiam cog-  
noscen-

*De eorum  
ingenii sua-  
vitate.*

noscentes, uti faciunt infinitam formarum diversitatem, quarum animus hominis capax est, nullæ sunt adeò ridiculæ opiniones, aut ita suo sensui repugnantes, quibus lædantur; nam secus ac nullam habent quæ satis iis æqua videatur, ad inrendum ut ejus amore capiantur utque in ea defendenda pertinacius sibi indulgeant. Quæ sciunt, non omnibus in occasionibus promiscuè eji-  
ciunt & si non admodum appositè loquendi in catibus locum habeant, die toto tacuisse malent, quam oracula intempestive pronuntiasse. Ad hæc in iis quæ proferant, quantamcunq; soliditatem deprehendant, ne utiquam ea cum autoritate efferunt, aut cum accentu qui quandam sui ingenii satisfactionem testetur; verùm omnibus cum temperamētis quæ tonum illum imperiosum & ostentatorem mitigare, ac omnem præsumptæ eruditionis & intelligentiæ suspicionem tollere possit. Neutiquam Antecessores aut seipso jactare audiuntur; Benè norunt hoc esse sermones; qui non nisi eos habentibus ferè jugiter arrident, ac paucos adeò  
mode-

*De eorum modo exercendi ea quæ sciunt.*

*De eorum modestia in judicando & loquendo.*

modestos esse, qui aliquam gloriolæ aviditatem infusam habere ac redolere non videantur. Et reverâ, cui de seipso prædicanti in adeò corrupta ætate crederetur, inquit excellens quidam novissimorum seculorum Philosophus, cum perpauci sint, quibus de aliis loquentibus fides haberi possit, ubi multo pauciora quæ nostra intersint excutienda sunt? In suis etiam jocis & minùs seriis congressibus, semper ingenii lumina & excellentis judicii effecta renident.

*De eorum  
festivitate.*

Ubi prætexendis acroamatibus se immiscere volunt, nulla nisi jucundissima enarrant: neququam in iis ubinam lateant sales indagando anxius distinemur, atque adeò nova sunt, aut ipsis adeò propria, ut qui illa audiunt quod iis jam aures ipsis percrebuerint finis videndi aviditate

*De eorum  
probitate.*

nunquã premantur. Ex eorum virtutibus quam impensius amo & estimo, est quod in suis dictis semper veraces, uti in suis promissis præstandis religiosi sunt. Æquè atrox & atrum crimen ac truculenta ex insidiis cædes, mendacium iis videtur, & nullum illo servilius & viro honorem

*Adversus  
mendaces &  
perjuros.*

pro;

professo indignius censent: Nisi forsitan genus illud perjuriorum; qui arcanum Amici aut cujuscumque alius custodiendi fide interpositâ, non pensitantes quod omne jus divinum & humanum violent, illud retegere & interdum in integram illius à quo iis concreditum est perniciem id vendere minimè dubitant: Audax quoddam ingenium hoc genus perfidiæ odiosum magis, & dirius Atheismo execrandum esse ait: quippe Atheus, qui nullum Deum credit, non tantum injuriæ ei infert, haud concipiens ullum esse, quàm qui ipsum novit, credit, & ejus sanctum ex ludibrio nomen pejerat. Minus autem malum est, Deum non credere, quàm ipsum irridere, atque illi manifestè ipsi illudunt, qui non nisi ad imponendum jurant. Verùm turpior non posset depingi hujusce vitii horror, quàm fuit à quodam Antiquo, qui inquit, quod fidem temerare, sit testari, quod Deum aspernemur & homines vereamur. Et impensius abominandum quicquam ne fingi potest, quàm ignavè erga homines se gerere, & in Deum audacem

*Calamitates  
quas parit  
presidia.*

dacem se præbere velle? Notabile incommodum quod continenter ad hanc primam pravitatem suboritur, est quod cum nostra communicatio, solâ verbi viâ & ductu dirigatur, qui illud fallit & violat, societatem publicam prodat. Hoc unum medium est quo nostræ cogitationes & voluntates transfunduntur & communicantur; Si nobis desit disjuncti sumus, nec amplius nobis compacti hæremus, nec nos vicissim interno- vimus. Si nos deludat, totum inter- turbat nostrum commercium, & omnes dissolvit nostræ politiæ nexus & vincula. Ac denique nihil nisi infamis & sordida malitiæ nundinatio est illa, de qua mox agebamus conversatio. Verùm ut de ea differere pergamus, ad eam congressus partem quæ jocos & facetiæ dicta spectat, descendendi tempus est.

DE LU-  
DIGRA  
CAVIL-  
LATIO-  
NE.

Certa quædam sermonis species solito liberior jocus est, quæve ali- quid mordacitatis & aculei intermi- xtum habet, cujus usus inter elegan- tiores fervet, & ne quidem hodie ab intimis Aulæ amicis exulat. An equis sit nec venie usus, questio est satis sa-  
lebrofa,



lëbrofa, ut mihi videtur, ac in nostro  
 argumento fatis magni momenti, ut  
 in ea expendenda parumper infifti  
 mereatur. Verum quidem eft ludi-  
 cram cavillationem, ubi intra ho-  
 neftam normam ftare potef, fuave  
 converfationis alimentum effe, quæ  
 frigida admodum, imò tædiofa de-  
 nique fieret abfq; illis tragematibus,  
 gratisque exiguarum ejuſmodi pu-  
 gnarum quibus illam varietat, dra-  
 matibus & intermediis, quæ eam  
 ſoporantem excitant, & ignitabuli  
 inftar recalefaciunt, ad ipſi novos le-  
 pores, & novum quendam, uti vide-  
 tur, delectationis virorem aſpergen-  
 dum. Ingeniorum permulta, quæ cer-  
 to cum gaudii genere ea recreant,  
 potius venantur, quam quæ ſeriò ea  
 occupant; Et quemadmodum riſum  
 elicientia naturaliter placet, confor-  
 tia quæ æquabilem ſemper confabu-  
 lationem habent facile averfantur,  
 ad ſectanda illa quæ ejuſmodi ludicra  
 & illecebræ aculeos habet. Hoc inter  
 certum quendam hominũ numerum,  
 in Pariſienſi otio, & inter Aulæ ju-  
 venes torpentium præcipuè adverti-  
 tur; Namq; illud exercitium eorum  
 animis

*Dulcem ſua-  
 vem & ho-  
 neſtum jo-  
 cum anima-  
 re converſa-  
 tionem.*

animis spiritum non adderet, eosque novo quasi halitu non perfunderet & identidem non excitaret, periculum esset, ne tandem in Lethargicum veternum delaberentur. Quin etiam in ejusmodi coronis, hocce confabulationis genus propriè regnat: Ita ut videatur quod Honesti homines in eos incidentes haud ritè fungerentur suo officio, quodque ipsis apprimè acumen deesset, nisi eo uterentur jocorum minutiis se vicissim configendis & fodicandis, ut aliquod in anima acrimoniæ telum non tandem relinquunt, quæ ab ea non semper facilè revellitur. Ex omnibus ludicris cavillatoribus, quos unquam vidi, nullos adeò modestos observavi, qui si ad secundam usque solummodo responsionem processerint, non verbum aliquod, nescio quid iræ aut saltem stomachi immixtum habens, propugnatori aut oppugnatori exciderit. Et quanquam suum sensum dissimulent, eo intensior est, quo solâ vanitate supprimitur. Namque hujus ludi Lex esse videtur, ut acerbius sese vellicandi eo protervior sit libertas, quod primus

qui

*Quod ludicra cavillatio pernacius persequuta sit periculosior.*

qui irascitur lufum amittat. Quicquid fit, qui frigidius regessit responsum, non solummodo ipsum suppu- det in re se devictum agnoscere in qua rarò cæditur, nimirum ingenio; Verùm præter hoc, jocosum ama- ritudò, quibus eum adversarius per- strinxit animæ ferè semper altius ipsi insidet. In hæc quid æquius sit aut securius unicuique placere con- tendenti, aut illis nequaquam uti, aut unâ quaque vice amici naufragium patiendi, aut inimicum sibi conciliandi, ridiculis cavillationi- bus ludendo, periculum incurrere, dijudicandum permitto.

Lepidè & facetè dicta non sunt DE SA-  
adeò periculosa, modò quæ ea con- LIBUS ET  
cipit imaginatio paululum ante ARGUTE  
quam ea amittat iudicium consulat: DICTIS.  
Atque hoc eminenter sibi peculiare  
habent, ut non solummodò, uti om-  
nia egregia solent, placeant; verùm  
adhuc in ea pronuntiantem extraor-  
dinariâ cum admiratione omnium  
oculos convertant. Qui hâc facul-  
tate in argutias identidem ita erum-  
pendi præditi sunt, aliquid divini aut  
Genium quendam privatum qui uno-  
quoque

*De excellen-  
tia argutè di-  
ctorum.*

quoque momento supra materiam eorum animam elevat, habere videntur. Et certè, quanquam iis quidam casus & felicitas aliquando interfit, quodque Fortuna ad hoc ludi genus usque, qui extra ipsius aleam positus esse diceretur, sese immisceat; fermè tamen semper illi qui iis lepidè uti norunt, rarissimis ingenii dotibus eodem tempore ornati esse perspiciuntur. Pauci sunt inter antiquos magni viri quorum hodie nobis non supersint Apophthegmata; atque nostrum seculum aliquot producere potest, qui præter hanc imaginationis facultatem cæteras etiam animæ partes adeò perfecti temperamenti habent, ut quibusvis difficillimis numeribus obeundis idonei judicati fuerint: Hi in exercitiis, illi in extraneis negotiationibus, ac generatim in omnibus Reip. gravioribus negotiis. Ad venustè autem adeò rem raram, uti sunt argutè dicta adhibendam, regulæ observandæ sunt, atque plurimis insistendum est considerationibus, sine quibus sæpe numero totus iis concidit lepor & viror. Qui si-

*De iis qua  
observanda  
sunt, in joci.*

mus

nus inspiciendum est, quem locum  
 occupet is quem pungere volumus,  
 quamnam sit rei natura in quam ex-  
 currere & nostrum exercere inge-  
 nium intendimus, in quâ occasione  
 in quo consortio sit, ac denique quid  
 dicere velimus, & an speciosè spe-  
 rari possit quod pro argutia habebi-  
 tur. Qualemcunque ex cellentiam  
 & qualemcunque pulcritudinem in-  
 hoc sermonis genere admirentur &  
 suspiciant, Honesti-hominis tamen  
 non est unquam aëroamata prætexe-  
 re aut sales in ullum argumentum  
 quantumvis facetum vibrare, cujus  
 festiuitates absque oris compositio-  
 ne & gestibus ridiculis non possint  
 ex primi. Minima actio cui interest  
 quædam scurrilitatis aura indigna  
 est personam quam sustinere debet; &  
 secuti eum curiosum esse oportet  
 hisce gratis subtilitatibus suum con-  
 gressum variegandi, debet etiam  
 sedulus esse ut eas affectare non cre-  
 datur: Quamobrem quotiescunque  
 ejusmodi acuta jacula in Lingue ex-  
 tremitate sentiet, non semper ea evi-  
 brabit; verum sæpius ea perdere ma-  
 let, quam aliquid suæ authoritatis,

*Quod in iis  
 sit deuitan-  
 da scurrili-  
 tas:*

*Quod neque  
miseri neque  
flagitiosi sint  
scommatibus  
impetendi.*

*Neque Hone-  
sti homines.*

*Neque mini-  
stri neque  
Magnates.*

aut decori diminuere. Præcipuè ca-  
vebit, ne unquam suis scommatibus  
aut miseros aut improbos impetat  
quandoquidem naturalis propensio  
quâ ferè omnes homines in miseri-  
cordiam urgentium ærumnarum, qui-  
bus hos miseros afflictos vident, fe-  
runtur impedit ne de iis ridere que-  
ant. Et improbi asperiores quam  
simplicium verborum castigationem  
merentur. Solis gloriosis & super-  
bis non parcitur in ipso etiam statu  
calamitosiori, in quem decidere pos-  
sent, tantâ flagrat invidiâ præ-  
sumptio sub quocunque habitu la-  
teat. Ab iis sedulò admodum sibi  
temperandum est quibus omnes sus-  
fragantur quive publicum applau-  
sum habent & qui generatim à sim-  
pulis amantur, quia quandoque ac-  
cidere potest, quod in eos falsum  
& asperum quendam jocum jacerent  
credentes, minus approbatorum  
quam eorum qui secreta quadam  
indignatione aculei vim & sensum  
participant, inveniamus. Apprimè  
etiam cavendum est, ne unquam  
Amplæ Potentiæ viris, qui ordinem  
motumque statui conferunt ejusmo-  
di tel-

di tela intorqueamus; neque eminentis conditionis viris; alterum enim capitale est, alterum verò non multò minus periculosum. Quin etiam nihil ejusmodi hominum, qui animæ delicate & ad minimas injurias teneræ sunt, sensum contumeliosius offendit & acrius percellit contemptu, cujus aliquid immixtum modestiores etiam joci habere videntur. Nequidem tertii vitia, quibus illi etiam dediti sunt, iis præsentibus in ludibrium verti debent, quoniam surdas exprobrationes in alium ejaculatas, non nisi ad semetipsum feriendos, hæc omnia esse, sibi protinus fingunt. Neminem admonendum esse confido, ne in defectus, quibus ipse deformis est, jocos spargat. Nostros quantum ad amicos, personæ nobis nimium sacræ esse debent, ut verbo aliquo mordaci eas violare audeamus. Atque immodicè rusticum esse oporteret, & urbis ferociorem ad non honestas mulieres eadem cum reverentiâ habendas & tractandas, & ad non abstinendum ne tantum modo in eas, verum etiam coram iis, ullum verbum, aut ullam

*Neque nos ipsi.*

*Neque sine amici.*

*Neque honesta fornicatio.*

*Regula præcipua argutè dictorum.*

cogitationem, cujus sensus in factam aliquam interpretationem torqueri possit, emittendam. Festivè autem & argutè dictorum excellentia in hoc potissimum sita est, ut sint concisa, acuta, perspicua, cum lepore prolata, & ita ad rem, ut musæi & studii odorem non efflent, aut è domo apportata non videantur: Eñ idcirco qui reponunt plus æstimauntur, quàm qui adoriuntur & lacelantur, quippe minus suspecti sunt quod parati advenerint. Quoad eorum diversa genera, est materia parumper spinosa, & de qua aliquando forsitan ex professo agam, sicut & de locis è quibus erui possunt; verùm in præsentiarum proluxa nimis est, pro modulo spatii & libertatis quam mihi in hoc discursu assumpsi. Nulla quoque eorum laudabo exempla, quandoquidem obvia sunt antiqua, & ea nostræ ætatis, ut nihil sui leporis deperderent, exigent uti personæ quæ suspiciendæ sunt fermè semper nominarentur.

**D I F F E -  
R E N -  
T I A**

Nunc ætatum differentia, morum, & Fortunæ conditionum, quæ tanta inter hominum multitudinem reperitur.



perituntur, in quorum conversatio-  
 nem variè nos occurfus adducunt,  
 expendenda superest: Cum junio-  
 ribus alio quam cum senibus modo  
 congregiendum est, & qui utrisque  
 grati sunt sermones haud benè mul-  
 tum iis conveniunt, in quibus harum  
 extremitatum vitia tempereravit  
 ætas. Ita quoque non simili ratione,  
 cum probis ac flagitiosis vivitur, si  
 incidat quod iis interesse, nobis im-  
 ponatur necessitas: Nec cum fami-  
 liaribus, ac cum cæteris, qui nobis  
 vix noti sunt: Nec cum illis qui ala-  
 critate delectantur, ac cum iis qui  
 melancholici & austeri sunt. Nec  
 etiam cum superbis eo modo, quo  
 cum urbanis & honestis. Hanc in-  
 ter indolum confusionem ita inter  
 se pugnantium, summè nitido judi-  
 cio opus certè est; verùm acutius  
 penetranti opus est, ad discernen-  
 dum absque errore quinam sint per-  
 peram affecti, qui verò minimè. Qui  
 Nobiles nati sunt & cum singulis do-  
 tibus que Nobilitatem comitari de-  
 bent, quod honorificum est cupidius  
 aucupantur; Et qui nihil suis divitiis  
 commendabilius possident, suam,

*Ætatis  
 Morum &  
 Conditionum  
 que sunt con-  
 sideranda.*

cum admiratione conspici opulentiam magnoperè gaudent. In grandioribus constituti muniis viri, extraordinarias poscunt submissiones, ac generatim omnes qui prosperis rebus utuntur, plerumque sunt imperiosi, utque coram eorum læta Fortuna nos flectamus, ambitiosè exoptant. Honestus homo inter isthæc omnia conditionum genera, quid ipsi honestè sua permittere possit judicat, & de sua remittere & retinere urbanitate, quantum, ad nihil indignum personâ quâ fungitur admittendum, necesse est novit. In agnoscendis & querendis ubique temperamentis adeò idoneum est ejus judicium, ut nusquam in assentationem delabens, imò nec unquam sua complacenti comitate abutens, hanc Epicteti regulam, observare non intermittat, qui opinionibus & voluntatibus optimatum absque reluctatione cedere, quantum fieri potest illis nostrorum æqualium suffragari & cum lenitate illis, qui nobis inferiores sunt persuadere consulit. Hisce tribus axiomatibus ad postremum & generale subiecto, ut cum aliquo  
congruere

*Quomodo  
Honestus ho-  
mo debeat se  
exolvere ex  
his diversis  
conditioni-  
bus.*

*Postremum  
pæceptum  
Conversatio-  
nis aqua-  
lium.*

congregari ad ipsi placendum nequaquam suscipiat, quin ipsius indolem, inclinationes, & cujus temperamentum sit ejus ingenium prius ritè expenderit & scrutatus fuerit; ne depressius subsidat, aut elatius assurgat quam oportet; verum ita justè eum comiterur ut ad illius modum & captum singuli ejus sermones componantur & æquentur. Quod si æquè habilibus viris intersit ac eum esse præsumo, nihil nisi firmam ad ea quæ coram ipso dicuntur & ea quæ ipsemet profert attentionem commendo, ut non solummodo suas responsiones appositè regerat, verum etiam ut eas gratiosas reddat, & ut iis omnibus idiomatis & actionis exterioris venustatibus exornandis suam imaginationem alligare possit.

Cùm jam de Principis congressu DE CON-  
 & Æqualium conversatione egeri- VERSA-  
 mus, de illa Fœminarum verba face- TIONE  
 re superest, de qua dici potest, quod FÆMI-  
 uti suavior & gratior est, ceterarum NARUM.  
 etiam difficillima & delicatissima  
 sit. Liberior & vegetior est illa ho-  
 minum; & quoniam solidioribus  
 F 4. magis.

magisq; seriis materiis ut plurimum repleta est, minus acutè errata quæ in ea admittuntur quam fœminæ animadvertunt, quæ cum sint velocioris ingenii, nec tot rebus ac ii illud obrutum habeant, citius etiã hominutos defectus percipiunt, in eis exaggerandis coarguendis & exagitantis promptiores sunt. Nullibi iocorum, cum majori fulgore & pompa, quàm in Lupara, hocce genus conversationis conspicitur: tunc cum Regina (i) circulum habent potius ubi tanquam in compendio, quicquid miraculorum & perfectionum unquam in orbe celebratum fuit, subjiciunt oculis. Quicumque solemnium illorum conventuum qui in cælo agitabantur, tum cum singulas convocabat Iuno Deas, ut extraordinariæ cujusdam oblectationis pompæ interessent, apud Poetas magnificentiam legit. Aut quicumque nocte quadam benè ferenâ, Lunæ inter mille stellas adeò vivo & nitido splendore coruscantis, & ita fulgidum lumen effudentis, ut universa illa sidera eam stipantia radii quos diffeminat, vel potius nihil nisi tot

*Descriptio  
Circuli.*

(i) *Intelligit  
coronam que  
circumfundit  
Reginas ubi  
solemnes  
conventus  
celebrant.*

fui ignis se intillæ quas in cælum delabi finit, esse videantur, contemplatione delectatus est; Is sibi in animo saltem imperfectè, tot formosarum & illustrium Matronarum ad Reginas appulsum figurare potest, quibus quasi in homagium quicquid blandius & admirabilius habent, oblatum veniunt. Ut verum proloquar, in illorum ubi amplorum luminum conspectu stamus, nullum datur cor adeò depositæ audaciæ, quod se ex abdito & secretè tentatum non sentiat, cupiditate in satis Honestum Hominem evadendi, ut honorem ad ea accedendi mereatur, & ab iis inspici ceu à benignis Astris, quæ solâ suorum aspectuum indulgentiâ nostras inclinationes & fortunas felices efficiunt. Circum circa divinum hunc Circulum, omnium animi & corporis perfectionum verum reperiri centrum dici potest, cæteras Dominas veluti ignes minores in sphæra huic primæ inferiori, quæ animam motumque reliquis omnibus infert relucere conspicimus. Haud procul ilinc tanquam in cœlo separato juvenum Nympharum emicat co-

*Regina &  
Principes.*

*Matrona.*

*Puella hono-  
ratis.*

H O N E S T U S

quæ erraticorum instar syde-  
 in hoc magnifico septo & Aula  
 Tropico locum ex arbitrio sibi libe-  
 rè asciscunt. Atque dum in suis  
 thronis Reginae suam exponunt glo-  
 riam totius Aulae oculis, hæ formosæ  
 puellæ, aut potius hi juvenes Soles,  
 ab altera parte suum nitorem admī-  
 randum præbent suoque summittunt  
 imperio totius orbis elatioris diffi-  
 ciliorisque cervicis libertates. Illic  
 quidem dubio procul conversationis  
 Mulierum sublime theatrum est; ve-  
 rum prodigiosa astantiam confusio,  
 præcipuè magnis illis vespertinis  
 horis, adeò importuna est, ut sua-  
 viores etiam & præstantiores inde  
 acerbè afficiantur confabulationes.  
 Non citius formata est eximia co-  
 rona, ac der repente alicujus Molesti  
 contaminatur, aut cujusdam summæ  
 conditionis Personæ presentia ejus  
 suavitas interturbatur, aut quorun-  
 dam Aulae exploratorum, qui aures  
 mercenarias gestant, & iis ut Medi-  
 ci sanguisugis utuntur, vicinitate in-  
 totum divexatur. Ita ut illo in loco  
 sorte potius aut vi quam electione  
 conversationi involvamur & astringamur;

*De Conver-  
 satione Lu-  
 para, ipsius-  
 que incom-  
 modis.*

ANON. N.

gamur; ac sæpe numero illius con-  
 sortio immorari cogimur, cuius pe-  
 stiferi instar inde subducti occursum  
 devitaremus. Descendendum igitur *De electione*  
 est in urbem, & dispiciendum ex *quæ est faci-*  
 splendidi loci Dominabus, quænam *enda in urbe.*  
 honestiores fœminæ æstimentur, &  
 apud quas celebriores habeantur  
 conventus, atque si fieri possit in ea-  
 rum secretiorem cohortem se infi-  
 nuare; ut bonis officiis nobis confe-  
 rendis, apud eos, à quibus visitantur  
 obstringantur & sese inrerponant.

Hic de minutis aliquot præceptis *De minutis*  
 verba facere mihi reservavi, quæ in *præceptis.*  
 speciem congruentiùs inter eas quam  
 inter viros exercenda videntur: sicuti  
 etiam eorum quæ superius excussi,  
 maxima pars inter mulieres quoto  
 quoque momento in praxim venit.  
 Quin etiam confitendum est eas sibi  
 ita tenaciter adharere & congluti-  
 nata esse, ut propemodum semper  
 unà procedant, ex iisque sicuti scien-  
 tiarum & virtutum constituitur con-  
 catenatio.

Prima cura quæ in eum qui con- *De exteriori*  
 clavia mulierum & secessus frequen- *oris specie.*  
 tare, seque earum ingerere confabu-  
 lationè

lationi vult, incidere debet, est ut sibi gratam faciat oris speciem. Quod primum enim in homine considerant, est natus oris habitus & actio exterior, quam corporis Eloquentiam nominat Cicero. In duas solummodo partes gestum & vocem illam dividit verum in argumento de quo agimus insuper subjungere oportet vestitum & ipsam corporis compositionem, quæ structuræ scitè formatæ & justæ ac concinnæ symmetriæ & proportionis esse debet, aut saltè quæ nihil habeat quod primâ facie intuentium oculis fastidium injiciat. Quoad vestimenta, satius est mundum esse, quam ambitiosius ornatû: atq; omnes illæ quæ ab alienati gustus non sunt, eos qui nitidè, quam qui exquisitius & sumptuosius strati sunt, lubentius videre malunt. Quo plus tamè iis insumi potest, absq; rei familiaris dispendio & angustiis, eò melius est, atq; hæc una est ex utilissimis Aulæ expensis. Hæc propemodum sola est, quæ rectum sui usum tenentes ubique insequitur, atque fores quæ sepe numero multâ indignatione viris & sæpius adhuc virtuti clausæ sunt ipsis patefacit. Ut eleganter si-



ter sumus, nihil sibi peculiare, alienum aut ineptum, gestandum est, atq; ut vestes omnibus numeris instructæ sint, idq; scitè & convenienter oportet. De Virorum ingenio, mulierum quam plurimæ, ex eorum amictus ratione, judicant, neque eos in pilei ac thoracis forma morolos esse, sibi fingere possunt, & quod iidem non sint in suis moribus & indole. Hâc in re quoq; introspicitur ætas; quippe ridiculus senex esset sub pallio (l) heromalli coccinei aut rutili coloris, atq; haud multum deceret juvenem continuo in amictu nigro esse, aut aliis obscuris coloribus oppidò tectum. Ante omnia novi moris curiosum esse oportet: Non illū turbidorū aliquot Aulæ juvenum intelligo, qui ut apprimè (m) impavidos se præbeant, mox mediã staturæ partem vastis ocreis quasi voragine sibi absumunt, mox ab axillis ad talos usq; femoralibus sese immergunt, moxque totam faciei figuram alis galeri, æquè laxis & patulis ac Causiæ & (n) Italiæ umbracula sibi submergūt. Verum morem illum intelligo, qui insigniorum ex Optimatibus à Honestis-hominibus aut

*De Vestium  
ritu & co-  
rum instru-  
ctu.*

*In Gall. na  
cara ou grus  
déliu.*

*Adversus  
ineptorum  
modorum  
inventores.*

*(m) In Gall.  
determinez.*

*(n) In Gall.  
Para sols co-  
riacea tegu-  
menta ad se  
defenden-  
dum ab æstis  
solis.*

authoritatē comprobatus cæteris  
 omnibus Legis ad instar est. Illos  
 insulsè difficiles sentio, qui usibus  
 receptis in quacunque re fuerit ad-  
 versari animo obstinant, verùm præ-  
 cipuè in re adeò indifferenti uti sunt  
 vestes. Ne in ejusmodi morositatis  
 impetum delabatur Honestus homo,  
 sedulo caveat; abstineat quoque ne  
 in novis comminiscendis proto ty-  
 pum se constituat; nisi ad felicem  
 exitum in iis consequendum appri-  
 mè aptum se sentiat. Quomodo cun-  
 que sit, ne nimium curæ in suâ  
 lauitia advertatur accuratè obser-  
 vare debet; Et sanè, justo exquisi-  
 tioris cultus homo, quam qui negle-  
 ctioris, inelegantius ornatus est.  
 Hocce genus studii solas inter mu-  
 lieres decens est, atque homo neuti-  
 quam formosus est, quam cum esse  
 minimè credit. Modò tersè & ni-  
 tidè sit, haud eum adeò pomposè &  
 ambitiose magnificum esse, refert.  
 Egregia semper habeat lintea, ea-  
 que purissimè candida satis est, bellè  
 calceatus sit, ipsius vestes si opulen-  
 tiâ non splendida saltem nec sordi-  
 da nec detrita sint, novus sit & mo-  
 dernæ

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De virtute

De munditie  
virorum.

Minuta præ-  
cepta.

modernæ formæ ejus pileus ; caput  
semper exsiccatum habeat , & benè  
defectos pro ætatis more capillos,  
suam benè pexam compositam &  
comptam barbam habeat , propter  
incommodum quod alioquin come-  
dendo & loquendo ex eâ reciperet:  
ac potissimum dentes & os ita sem-  
per purgata habeat , ut gravem ex-  
spirare odorem in eos cum quibus  
concreditur nunquam possit. Saga-  
cius disquisita minus conducit ars,  
quam nocet , & illum Dominarum  
coronæ oculis , quantumvis æstuan-  
tis cæli ardore adustum , & sub belli  
aut venationis reditum sudore &  
pulvere omninò perfusum , gratio-  
rem apparere persæpe videmus , ho-  
minibus illis cereis , qui ad solem  
prodire , aut ad ignem ne lique-  
fiant , proprius accedere , nunquam  
audent.

Actio quæ illius eloquentiæ cor-  
poris de qua commemoravimus,  
partem divisionis constituit maxi-  
moperè etiam considerari debet , si-  
quidem omnium sermonum quos  
perhibemus anima est : Et sanè no-  
stra verba , si iis subsidio non veniat  
languent

DE AC-  
TIONE  
quæ est ani-  
ma verbo-  
rum.

languent & marcescunt, atque complures videmus, in quorum ore eximia quæque mortua esse videntur, aut saltem usque adeo frigida sunt ut nullo modo moveant. Quidam verò alii minima etiam tantâ venustate animare noverunt, ut singulos ea audientes delectatione gratius afficiant.

*De tono vocis.*

Verum ad eodem tempore duos sensus expugnandos ac ut pariter oculis & auribus adimi obsideantur, ne vocis tonus aliquid asperi aut immitis aut nimium canori & dagentis aut nimiam tenuis habeat, exactissime animadvertendum est: Econtra ut sit suavis, clarus, distinctus plenus & purus, ita ut facile in animam usque penetrare, nullo obice introitum ipsi interdicante, possit.

*De oris compositione.*

Particula quoque illius actionis exterioris, quâ nos acceptos reddere possumus, idonea vultus compositio est. In justo totius corporis gestu & statu sita est, ex quo liberalis ille & dignus oris habitus, quem tantoperè in viris mulieres extollunt refurgit & enascitur: Verum absolutissimæ perfectionis numerum ex faciei motibus recipit, quæ semper serena, re-

*De faciei motibus.*

nidens

nicens & cum suavitate & humani-  
 tate omnes excipiens, esse debet. Et  
 certè dici potest, vultum esse qui in  
 habitu exteriori dominatur, cum ille  
 sit qui precatur qui minatur & blan-  
 ditur, qui nostra gaudia & tristitiam  
 testatur, & in quo sensa nostri animi  
 leguntur prius quam lingua nostra  
 tempus ea exprimendi habuerit. Le-  
 pide imprimis illud verbi officium  
 peragunt oculi, atque si sunt qui-  
 bus nostra anima è nobis ipsis per-  
 sæpè effluit, & quibus planè nudam  
 se exerit illis qui ei insidiantur ut  
 suum ipsi suffurentur arcanum. Ap-  
 primè etiam eloquentes sunt manus  
 atque illæ propriæ sunt quæ produ-  
 cunt gestus, quibus ad inflamman-  
 dam actionem utimur, qui tamen mo-  
 deratissimi esse debent. Iuvant equi-  
 dem loquentes alia membra, verum  
 quodammodo de manibus dici potest  
 quod illæ ipsæ loquantur. Namque  
 per eas est, promodum æquè sæpè  
 ac per linguam, quibus effragitur,  
 quibus promittitur, quibus accersi-  
 tur, dimittitur & ablegatur, quibus  
 interrogatur, quibus negatur. Et  
 denique quibus tantus variarum  
 rerum

*De gestu.*

rerum numerus exprimitur, ut in hac immensa idiomatum tot Nationum à quibus terra incolitur diversitate, natura unicum illud manuum excepisse videatur, ut id universis hominibus commune faceret.

*Quod fœmina sint veneranda*

Continenter ad hasce omnes curas, quæ in exteriori grato reddendo insumuntur primum & præcipuum præceptum quod observare debet, qui mulieribus placere desiderat, est iis omnigenas venerationes à submissiones quæ possibiles sunt & decentes deferre. Earum debilitatis defectus est, ut sint genii imperiosi, eisque videtur, quod authoritatem illam usurpando quam in viros sibi assumunt, naturalem suæ imbecillitatis labem aliquomodo refarciant. Quamobrem omnes actiones quæ obedientiam & observantiam ipsis testantur eis adeò gratas esse videmus, illosque apud eas ut plurimum ampliori gratiâ valere, qui sese flectere & coram illis se se submittere humiliter noverunt. Qui posset, in hoc commercio sola verba serica quibus in congressu Regum utimur, afferre deberet; & omnes illi, qui ut

dicitur

*De complacencia inter mulieres*

dicitur tantum de equo verba facere  
 sciunt, ut in militiam sese confer-  
 rent, hinc facessere, nec mulicrum  
 consortio obstrepere deberēt. Nimi-  
 um pacificus & mitis hic sexus est ut  
 acerbitates & jurgia sufferre possit.  
 Quicquid pauxillum ferocitatis ha-  
 bet cum terret, ac minima res quæ  
 ei adversatur eum retundit. Ex illis  
 habiliores ipsæ in offensione, ex mi-  
 nutissimis etiam contentionibus quæ  
 earum sensui obsunt quæ ve earum  
 ingenium impetunt, concipiendâ,  
 teneri sunt admodum animi; Ita ut  
 qui absque ulla coactione earum vo-  
 luntatibus & opiniobus facilè cede-  
 re & obsecundare possunt, neuti-  
 quam apud eas iniquiori loco esse,  
 aut earum æstimatione defraudari  
 queunt. Hic denique universæ deli-  
 catoris complacendi artis regulæ  
 in praxin revocari debent, hicque  
 humillimæ etiam submissiones u-  
 numquique decent. Et certè haud  
 solummodò ob rationes quæ fre-  
 quenter proferuntur, feminæ ab Ho-  
 nestis viris ita coluntur. Enimverò  
 si obsolam, sicuti ajunt, voluptatem  
 quæ cum iis recipitur, tantum ipsis  
 defer-

*Rationes ob-  
 quas vene-  
 randa sunt  
 femina.*

deferretur, vecordes & bruto affines illi essent, qui potiori loco eas haberent. Si tantum etiam eum ob respectum esset, quòd nostram conferrent speciem, haud à multis præterquam Philosophis & iis qui in principia rerumque causas universales meditantur, magnifierent; Aut si etiam dummodo esset, ut nos ex antlati laboris in nobis per novem menses in utero gestandis, in nobis pariendis, nutriendis, educandis & nostræ infantix ac aliquando omnium ætatum defectibus tolerandis gratos præberemus, quòd hæc homagia, quæ universo sexui deferimus, nostris præcipue matribus duntaxat deberemus, videtur. Verum eorum virtus est quæ suspicimus; quæ ideo plus potentix ad sibi admirationem conciliandam habet, quod gratiis copulata & veluti formæ radiis illustrata est; Atque Plutarchus illam planè eandem esse, obfirmato animo jure merito contendit, idque ingenti exemplorum numero probat, in quibus altissimas etiam virorum actiones, iis fæminarum comparare videtur, atque earum vitas tanquam tabulas eadem ma-

*Quod virtus  
mulierum sit  
eadem cum  
illa virorum.*



na ex eodem archetypo depictas conferre. Et denique magnificentia (inquit) Reginae Semiramidis aequè fulgida est illa Regis Sesostris; si Prudentia Tanaquillae non inferior est illa Regis Servii; si Bruti robur animi adaequat Portia; aut si illud Timocleae minimè cedat magnanimitati Pelopidae, quare eodem modo veneratione non cohonestabuntur, & eisdem laudibus non remunerabuntur! Quod si tamen quaedam intersit differentia, haud in natura Virtutis, at in illa personarum quae eam exercent, quae cum non sint ejusdem indolis, eam etiam diversimodè profitentur, sita est. Uno modo strenuus erat Achilles & alio Ajax; Non similis erat illi Nestoris, Ulissis prudentia; atque Cato non eâ ratione, qua Agesilaus justus erat. Irene etiam non suum pari modo ac Alcestis amabat maritum, nec Cornelia eo habitu quo Olympia generosa erat. Hoc tamè nec Fortitudinis, nec Prudentiae nec Iustitiae varietatem infert, aut quod unaquaeque harum Virtutum in diversas species multiplicari possit. Verum quidem ex  
omni-

*Quam ne-  
cessaria sint  
fœmina in  
Aulis,*

omnibus quæ protulimus erui potest generositatem Fœminarum aliam ab illa Virorum non esse & eorum sexum discrepantiam nullam inter eorum virtutes apponere. Accedit, quod sine illis celebrimæ etiam orbis Aulae tristes, languidæ, absque ornamento, splendore, lætitiâ & absque ullo decoris & elegantia genere utique manerent. Atque confitendum est, quod sit earum sola præsentia quæ ingenia excitat, ac eorum omnium generositatem, qui quodam ejus sensu percipiuntur, exstimulat. Cum hæc ita sint, uti certè sunt, quinam homines tam bardi & stupidi essent, qui illis venerationem & honorem, quæ gloriam eorum animæ injiciunt, aut quæ saltem cupiditatem eam comparandi ipsis inspirant, denegare possent? Hæc autem veneratio in certa quadam humilitatis & reverentiæ gestibus aut verbis expressione posita est, quæ testantur extraordinariam æstimationem in qua personas habemus erga quas iis utimur. Actionibus insuper exprimitur, atque mille (o) obsequiorum minutia, & exigua mille officia mulieri-

*De obsequiis  
mulieribus  
persolvendis.  
(o) in Galli,  
petitis suis.*

liberibus deferenda, quæ tempestive  
 persoluta & sæpè repetita, fortio-  
 res tandem in earum animos im-  
 pressionem faciunt; quam ipsa etiam  
 plurimum ponderis habentia, quo-  
 rum occasiones non nisi rarò sese  
 offerunt. Quibus flagrat amore cor,  
 hi meis præceptis non egent, cum  
 iam plus æquo perniciosorum in hæc  
 arte doctorum habeant atque ex se  
 ipsis in sua insania excolenda plus  
 quam satis ingeniosi & solertes sint.  
 Verùm quam deploranda est Hone-  
 sta Fæmina, cujus pulchritudini tan-  
 tum infelicitatis incubuit, ut in ani-  
 ma obliquè fabricata, atque incon-  
 siderantiâ & vanitate plena, quæ duo  
 illa necantia venena sunt, quibus ho-  
 diernâ die vitiata laborat aulica ju-  
 ventus, hanc excitaret passionem?  
 Vitæ mortalium minus lethales &  
 timendi sunt oculi Basilsci, quàm  
 honestarum mulierum honori, stoli-  
 dè ostentatorum & in considerato-  
 rum aspectus noxii & formidandi-  
 sunt. Quod hic perniciosius video,  
 est quod castiores etiam citius quan-  
 doque hæc miserâ viâ conficiuntur.  
 Namque cum fama duntaxat in opi-  
 nione

*Adversus  
 vanos & in-  
 consideratos.*

*Quod castio-  
 res sint fre-  
 quentius ob-  
 noxia obtre-  
 ctationi*

nione consistat, quæ facile ex bona in malam mutatur, cumque gloriosorum ingeniorum proprium sit, semper eminentiora petere: Ex quo formosa mulier, & quæ à Virtutis ornamentis excultissima putatur, in eos, & forsitan aliena mente, oculos dimisit, de suo actum iri sibi fingerent si omnibus & singulis non persuaderent, quod ab ea perquam singulares recipiant favores. Sic ex suis Chimæris speciem fruitionis conflantes, quo persuadeant quæ secus se habent, tot adhibent artificia, ut minus creduli, minusque ad probrosarum impressionum susceptionem faciles, haud rarò sint quasi coacti sinistras concipere suspiciones: Qui eo ingenio sunt in mulieribus ita perperam traducendis, de Æp̄is quoque apud eas certissimè conclamatum est, atque nihil unquam nisi contemptus ab iis sperare debent, etiamsi omnibus plus quam fingi potest amabilioribus conditionibus instructi essent. Pluribus aliis etiam defectibus turpiter laborant, quorum non nulli reverà minus atroces sunt, & minoris momenti, iis de

iis de quibus mox egimus, at qui eos  
 ab hujusce gratiosi sexus benevolen-  
 tia non minus summovent. Genera-  
 tim, iis quibus cordi est virtus singu-  
 la displicent vitia: at peculiariter  
 tolerare nequeunt nec obrectatores,  
 nec blasphemos, nec pertinaces nec  
 (p) cogitabundos, nec fastuosos, nec  
 quomodocunque sit, ullam ex illis  
 imperfectionibus, quæ ingenii as-  
 peritatem denotant & præ se ferunt;  
 Quin etiam ut verè loquar, quid à  
 maledicis expectare nisi calumnias  
 possunt, & quò fulgidior erit eorum  
 Virtus, eò severius ab iis vapulare  
 & excipi. Et quam nam veneratio-  
 nem ab iis sibi promittere possent,  
 qui cœlum despicientes, audent equi-  
 dem unoquoque verbo, juramentis  
 execrandis, sacri Nominis Dei ho-  
 norem violare, ac sanctæ illius, puræ  
 & admirandæ Essentiæ gloriam pol-  
 luere? Quod si suavitate confabula-  
 tionis, uti certè solent, afficiantur,  
 & ingenia alacria & recreantia a-  
 ment, quid in pervicacibus & deli-  
 berabundis invenire possunt, præ-  
 terquam obloquutiones, dissensiones  
 & melancholiam, quæ adeò odiosa  
 G & to-

*Vitia in con-  
 versatione  
 mulierum  
 odiosa.*

*(p) In Gall.  
 resueurs.*

*Maledici.*

*Blasphemi.*

*Pertinaces  
 & cogira-  
 bundi.*

*Superbi.*

& toleratu difficilia ipsis sunt? **Nec** lubentius etiam supercilium ferunt animarum illarum arrogantia & falsa gloriola turgentium, quæ neutiquam nisi propriis laudibus & egregie à se gestorum prædicationi, os apertum habent. Immodicè ridiculus est **Nobilis**, qui nihil ejusmodi sermonibus præstantius habet, illique duriusculè nimis habentur, qui autem ipsi sæpe commodare coguntur. Probo quidem, ut ea quæ tenet & in quibus excellit industriè commendet, verùm potius effectis quam verbis, & casu si fieri possit quam ex composito: Quamquam extremè benè sit saltationis peritus, non tamen ipse erit, qui choreas frequentius exordietur, celebrabit & erogabit, aut qui coronæ eas optandi appetitum faciet. Verùm, haud iis fervidè sese injiciens, nec etiam se precibus sollicitari patiens, pari modo quo ceteri eas adibit, & recreationis ad instar, in qua plus sibi esse prærogativæ, quàm in quavis alia, cujus oblectatione animum relaxare velent, minimè arbitratur. Si cursoria Palæstra aut annulo dimicandi certamen

certamen instituatur, aut si quædam  
 alia ostendendi, quantum in omni-  
 genis exercitiis excellat, obtingat  
 occasio; Quantumvis egregius eques *(q) in Galb.*  
 sit, & quantumvis agilem se sentiat, *videur.*  
 ei tamen semper cum grata illa *(q)*  
 lentitudine inter erit, illique satis erit  
 se perquam benè gerere, quin quod  
 sibi ipsi placeat & probetur, testifi-  
 cetur: Omnium mortalium habilior,  
 ubi inde gloriatur, est, merus fatuus  
 & prolixè inconditus. Nec quic-  
 quam ex iis omnibus quæ dicit, &  
 agit, cuiquam placet, atque nimia  
 cura quam in fulgore suis excellen-  
 tibus donis accersendo, itisque gra-  
 tiosa specie inducenda, adhibet; non  
 ea dummodo obscurat; Verùm in-  
 super ea aspera & importuna facit;  
 Quin etiam cum temeritate habet  
 hoc commune vanitas, quod præ-  
 terquam stulta & cæca est, sit etiam  
 infelix. Quare modestia ex omni-  
 bus virtutibus, quæ in mulierum  
 conversatione usum recipiunt, quàm  
 maximè necessaria mihi videtur. Re-  
 liquarum maxima pars, duntaxat esti-  
 mationem comparat; verùm hæc inti-  
 ma cordis ferit & evincit, idque per-  
 ficit,

ficat, quod tot subtiles solertiae tantummodò inchoaverunt.

*Quod iudicium sit illud quod ordinem & vitam regimen tribuit.*

Post tot varias animadversiones, ad ultimam & omnium certio- rem, Iudicium huiusce Artis magistrum esse, dicendum; quodque ex ipsius recto aut pravo regimine potissimum, finis quem proposuimus, exitus dependeat. Optima quæque axiomata in confusionem delabuntur, si ab eo ordinem non hauriant, atque in evidentioribus æquè ac in abstrusioribus graviùsque perplexis, cum eo consilium ineundum est. Verùm, præsertim inter fæminas impossibile est, absque ejus subsidio, ut ullum efficiat progressum nostra æstimatione. Enimverò cum aliquantulum inæqualis sint ingenii, si non præeat iudicium, ad eas recognoscendas, aut si ab ipsismet non edoceamur, quæ iis displicent, & quæ ipsis grata sunt, admodùm difficile est unquam eis complacendi secretum reperire. Ita ut in hæc nullæ firmæ præceptiones assignari queant, propter ingen- tem casuum discrepantiam, & infi- nitam ingeniorum diversitatè. Suffi- ciat, quod præcepta quæ huius Artis  
structa:



structuram ingrediuntur, sint omnibus equidem communia, eodem modo ac aræ & fontes publici: Verùm dicendum est, quod sapientes iis uti noverint, eademque usui privato accommodare quilibet pro suo captu & professione cui vacat. Denique ad finem imponendum huic discursui, post omnia concludo, quod ad Honestum-hominem absolutum suis omnibus numeris, fingendum, tot eminenter perfectiones desiderentur, ut quam maximè etiam difficilia, ipsi sint facilia, utque sese omnibus quodammodo admirandum præbens, nihil ipsemet quod in aliis admiretur, habeat.

E c c e quid in hanc subtilem & VARIÆ  
delicatam materiam, miserrimus to- A D M O-  
tius orbis Aulicus sentiat. Et sanè N I T I O-  
ubi pensito quis sim, qualis sit, mea N E S.  
indoles, meum vitæ institutum & ge- *in hujusce*  
nus, quanto Aulam contemptui ha- *tractatus*  
beam, quomodo unquam mihi ve- *suscipitur.*  
nerit in mentem desiderium hâc de  
re scribendi, ægrè concipere pos-  
sum. Si per illustrium essem nata-  
lium, & in me producendo ad genus  
aliquod æstimationis acquirendum

fervidus: si stultâ illâ vanitate, æquè frequenter Magnates adeundi, ac ad se facilis aditus honore me dignantur, me tentari paterer; si me eorum (r) negotiationibus immiscendo delectarer, & denique si ampli illius mundi tumultum amarem, si haberem unde solummodò portione quâdam virtutum, quarum integram cæteris possessionem præscribo, gratum me redderem; aliquam forsitan reperiret approbationem meum susceptum: Verum perspectos habens meos defectus, uti habeo, nec ignarus quod minimas dummodo facultates ex omnibus quas depinxi possideam, quibus rationibus satis speciosis meo proposito, ut æquum videatur, color inducî poterit, nescio. Erratum quod mihi hunc laborem facessendo admisi, deterius etiam illo otianti esse ingenuè, confiteri malo. Verùm porrò quod mihi gratius favet, quodve in meis sic cogitationibus evulgandis me adeò audacem facit, est quod nullas adhuc in secundarios & insipidos Authores Leges habeamus, quodve crimen malè scribendi hu-  
cusque

(r) In Gall.  
intrigues.

eufq; abfq; ullo punitionis exemplo inter nos manserit. Cæteris compendiosis virum probum potiùs quàm dexterorum & sagacium istius tempeftatis Aulicorum aliquem, quorum axiomata virtute etiam pleniora, haud utique innocentiã sunt, tantummodò describere meus mea fuit. Inhabilis fi fit & imperitus, ideò fit quia idem sum; Atque fi comperiat quod non abundè satis rectorum confiliorum ipfi suggeram, non etiam comperio, quod ad eum docendũ plus quam didici astringar. In vitæ partem fatis tamen occupationum ipfi propono, atque confido eum haud multas inutiliter horas collocaturum, fi omnibus exercitiis quæ ejus conditionem decere moneo, incumbere velit. Quin etiam hic potiùs eorum quæ effe poffunt Idea est, quam rei exemplum quæ vulgò appareat & extet. Qui non tanti erit ut tot eximias facultates parare poffit, iis quæ potest infiftat, & in parte earum faltem quæ plurimum neceffariæ sunt confequenda allaboret, quin animo despondeat & ab his alienetur. Qui petunt ut ex

unaquaque re quam solummodo obiter designo ex professo & sigillatim præcepta traderem, propositionem quæ Ratiocinationis quandam debilitatem commiseratione dignam testatur, in medium afferunt. Ubi dico quòd concinnè equo insidere, & scitè arma tractare debeat Nobilis, nonne illud est eum admonere ut in Academiam se conferat, & Gladiatorias Palæstras frequentet, aut peritos apud se habeat Magistros, ut ab iis quæ nequaquam ignorare debet discat. Ita etiam ubi studium aut Politicæ aut Moralis aut Matheseos ipsi consulo; nonne hoc ipsi enuntiare est, ut præstantissimos, qui de eximiis hisce scientiis scripserunt, quàm diligentissimè Authores pervolvat, aut ut de iis cum Viris doctis conferat? Nunquid placeret, ut meum Librum (f) ARTE REGII CATADROMI, aut NOBILI RUDIIUM LUDO turgidum facerem, & ut etiam in eo totius Historiæ Locos communes reponerem & omnium Geometriæ instrumentorum figuras delinearem? Ita etiam ubi cum ad Reges & Magnates in-

(f) In Gall.  
du Mancige  
Royal, &  
du noble jeu  
del'Escrime.

tes induco; nonne quoque oporteret, ut orationes & egregias, in unamquamque habdomadis diem, concinunculas, cum succincto *Civilitatis Puerilis* quodam tractatu, ipsi adornarem; ut munitus foret unde pereleganter suam venerationem Aulicam exhiberet? Nonne satis est quod viæ indicandæ me involverim, quin ei emetiendæ me insuper astringere velim? Quidquid sit, in hoc exiguum opus quod impensius necessarium credebam, adduxi, quodque supervacaneum fore iudicabam, quantum potui, resecuri. In eo meas opiniones illis Antiquorum & Modernorum immiscui, atque sanioribus & rationi certiùs consonis immorari studui. Si nunc quæ ab ipsis mutuatus sum secernenda essent, ut ea restituerem, confiteor quod illa meo proprio ita implicui, inserui & quasi coassavi ac confudi, ut iis agnoscendis, quò sejungerentur, haud ampliùs valerem. Verùm adeò inutilis esset hic labor, atque ita parum, quod invenire vel imitari credar, mea refert, ut priusquam quæstionem patiar planè paratus

sum confiteri, esse mera, si velint, latrocinia quæcunque in hoc discursu bona deprehendentur; Mediocria ex legitimis archetypis mendose fuisse excripta; Et mala quæ longè plura reperientur quàm bona de meo solo & inventione omninò creviffe. Lacerent eum Censores; si ipsis non satis sit eum carpere: iis polliceor ne acriori quidem irâ me inde concitatum iri, quàm ubi meas vestes tundi video, ut ab iis pulvis excutiat.

F I N I S,



S V M M A

M A T E R I A R U M

In Hoc Tractatu explicitarum.

<b>E</b> FFIGIES AVLÆ	Pag. 1.
Rex, Principes, & Magnates,	20.
Mitioris Fortuna homines.	20.
Fortuna & vitia eam sequentia.	20.
Necessitas consiliorum.	30.
Argumentum huiusce discursus.	40.
De preceptis, de eorum utilitate, & debilitate.	40.
<b>D E N A T I V I T A T E.</b>	Pag. 4. & 5.
De prerogativis Nobilium.	5.
De felici Nativitate de ingrata & mediocri.	7. & 8.
De Professione Nobilium qua debet esse Militaris.	9.
Quod debeat esse probus.	10.
Quod debeat esse studiosus sui honoris.	10. & 11.
De contentionibus.	11.
In contentiosos.	ibid.
De Intelligentia dissidiorum.	11. & 12.
In gloriola studium.	13.
In Thraſonicè gloriosos.	13. & 14.
<b>D E D I S P O S I T I O N E C O R P O R I S.</b>	pag. 15.
De exercitiis Corporis.	15. & 16.
De ludis alea.	17.
In aleatores.	17. & 18.
Avari.	18.
Inertes.	ibid.
	Despe-

Desperati.	Ibid.
De Venustate Naturali.	19.
De Affectatione & Negligentia.	21.
De Negligentia affectata.	22.
In affectationem Pulchritudinis.	23.
In Feminas fucatas.	Ibid.
DE FAGULTATIBVS ANIMI.	24.
Quod Virtus sit amabilior & vitium magis inuisum Magnatibus quàm reliquis.	25.
De prerogativis Virtutis.	25. & 26.
De Mediis generatim ad Virtutem acquirendam.	26.
De bonis literis.	27.
De contemptu in quo sunt apud Nobiles.	Ibid.
De excellentia bonarum literarum & quàm aptè conspirent præcipuè cum Nobilitate.	28.
Qualis sit habenda opinio de bonis literis.	29.
De scientiis quas Honestus-Homo non debet ignorare.	29.
De quæstionibus Philosophicis.	30.
De Mathesi.	Ibid.
De Oeconomia.	31.
De Politica, Ethica, & Historiâ.	Ibid.
De lectione Historicorum.	Ibid.
Judicium de præstantioribus Historicis.	Ibid.
Thuchidides.	32.
Xenophon.	Ibid.
Polibius.	Ibid.
Plutarchus.	Ibid.
Tacitus.	33.
Salustius.	34.
	Titus



Titus Livius.	Ibid.
Cesar.	Ibid.
Quin. Curtius.	35.
De aliis Historicis in genere.	35.
De Experientia & Iudicio.	35. 36. & 37.
De rectè scribendo soluta oratione.	38.
De Poësi.	Ibid.
De Pictura & Musica.	39.
DE ORNAMENTIS ANIMÆ ET VIRTUTIBVS CHRISTIANIS	
	39.
De Religione & Fide.	39. & 40.
In Atheos.	40.
De ceteris Virtutibus in genere.	41.
De timore Dei.	Ibid.
DE VITA AVLICA ET IPSIVS SPINIS.	
	Pag. 42.
De servitute.	Ibid.
De Molestis laboribus.	43.
De inquietudinibus.	Ibid.
De Ambitione.	Ibid.
De Metu & Spe.	Ibid.
De sollicitudinibus ambitiosis.	44.
De tranquillitate vite Sapientum.	Ibid.
Quod Homo probus possit vivere in depravatione Aula nec tamen ea inquinari.	44. & 45.
De fine quem Homo probus debet sibi proponere in Aula.	45. & sequen.
In Aulicos avaros & ambitiosos.	47. & 48.
De Actione & otio.	48. 49. & 50.
	Quod

Quod omnis homo probus sit adstrictus Aulam sectari.	50. & 51. 52.
AXIOMATA qua sunt observanda illi qui nen- tquam vidit Aulam ut in eam appellat.	51. 52. 53. & sequen.
De initiatione in Aula.	51.
De electione alicujus Amici.	Ibid.
De Aestimatione & quomodo sit acquirenda.	52. & 53.
De Medio Amicos parandi.	53. & 54.
Adversus ludificatores.	54. & 55.
DIVISIO VITÆ IN ACTIONES ET VER- BA.	pag. 55.
De Actionibus.	55. & 56.
De Actionibus fortitudinis & regimine animi.	56. & 57.
De Modestia in loquendo de se & de ingenuitate in laudandis aliis.	57.
De bonis officiis.	57. & 58.
De liberalitate.	59. 60. & 61.
De Prodigio avaro & munifico.	Ibid.
De Muneribus.	Ibid.
De aliis actionibus in genere.	62. & 63.
DE VERBIS Quae sunt altera pars divisionis vitæ.	63.
Quod Judicium sit loco ducis.	63. & 64.
De usu verborum.	64.
DE CONGRESSU CVM PRINCIPE	pag. 64.
De primo introitu Honesti-Hominis ad Regem & qualis debeat est ipsius appulsus.	64. & seq.
De	

De silentio & sermone coram Rege.	66.
Quod sit consideranda Principis inclinatio.	66.
Princeps bellicosus.	67.
Princeps pacificus.	Ibid.
Princeps amicus literarum & exercitiorum.	Ibid.
Quae observanda sunt ad non displicendum Principibus.	68.
Insignes defectus.	Ibid.
De venerationibus & impudentia.	69.
Præcepta Magni Momenti in congressu cum Principibus.	Ibid.
De submissione qua utendum est consilium perhibendo summis Principibus.	70.
De arte complacendi Magnis Principibus.	71.
In adulatores.	Ibid.
Infortunia quae parit adulati.	72.
Ars complacendi.	72.
Quae observanda sunt efflagitando aliquid à suo Hero.	73.
Quod fugiendum sit ne reddamur importuni in Principum deliciis.	74.
DE CONVERSATIONE ÆQUALIVM.	74.
De illa Amicorum.	75.
De perperam admissis in conversatione Amicorum	Ibid. & pag. 76.
Infortunia quae sequuntur falsos Amicos.	77. & seq.
De æstimatione & medio eam parandi.	78.
Quod ingenia iudicio præstantia sint minus splendida quam quae imaginatione & memoriâ pollent. pag. 78. & 79.	

Differentia opinionis qua concipitur de rebus intellectu-  
lectualibus & de illis, qua cadunt sub sensus ex-  
teriores. 79. & 80.

De Opinione ipsius cecitate & Tyrannide. 81.

Exemplum ad probandam opinionis vim. 81. 82. & seq.

Aliud exemplum in eandem Materiam. 85. & 86.

Tertium exemplum in hanc Materiam. 86. & 87.

Excusatio Authoris in hac ambo exempla praece-  
dentia. 87.

DE CONVERSATIONE MAGNATVM. Ibid.

De eorum humanitate & quanto loco habeant Ho-  
nestos-Homines. 88. & 89.

De honestis venerationibus & de Molestis. 90.

Adversus pertinaciter urbanitatibus obstrepentes.  
91. & 92.

De genii aequalitate. 92. & 93.

De indignis consuetudinibus & honestis necessitu-  
dinibus. 93. & 94.

De prerogativis qua ex eo quod sumus noti Proceri-  
bus resurgunt. 94. & 95.

AXIOMATA GENERALIA CONVERSA-  
TIONIS. 95.

Quod oporteat vincere suas passiones & domare  
suam indolem. 95.

De Mansuetudine & animi moderatione. 96.

De asperitate & animi pertinacia. 97.

De complacentia sive de arte complacendi. 98.

Quod honestus homo cum ingenii Morosis & vio-  
lenti vivere noverit. 93.

Cum ingenii misioribus & lenis. 93.

Cum ingenii amore incensis.	94.
Praecipuum praeceptum complacentiae.	95.
Delibetate qua reperitur inter Honestos Homi- nes.	96.
Adversus garrulos.	Ibid.
De difficultate silentii.	97.
De incommodo quod creant loquaces.	98.
Frequentes ineptiae garrulorum.	99.
Vitia ordinaria garrulorum.	100.
De difficultate quam habent homines in conser- vandis arcanis quae ipsis communicantur.	101.
Exemplum in hanc Materiam.	101. & 102.
ELOGIA HONESTORVM HOMINVM.	103.
De eorum prudentia.	204.
De regimine eorum Linguae.	105.
De eorum facilitate in bene faciendo.	Ibid.
De eorum humanitate.	Ibid.
De eorum familiari conversatione.	Ibid.
De eorum ingenii suavitate.	Ibid.
De eorum Modo exercendi ea quae sciunt.	107.
De eorum Modestia in iudicando & loquendo.	Ibid.
De eorum festivitate.	108.
De eorum probitate.	Ibid.
Adversus Mendaces & perjuros.	Ibid.
Calamitates quas parit perfidia.	109.
DE LUDICRA CAVILLATIONE Pag. 110.	
Dulcem, suavem & honestum iocum animare con- versationem.	111.
Quod ludicra cavillatio pertinacius persecuta sit periculosior.	112.
	DE

DE SALIBVS & ARGVTE DICTIS.	Pag. 113.
De excellentia argute dictorum.	Ibid.
De iis qua observanda sunt in jocos.	114.
Quod in iis devitanda sit scurrilitas.	115.
Quod neque miseri neque flagitiosi neque Honesti Homines sint scommatibus impetendi.	116.
Neque Ministri neque Magnates.	Ibid.
Neque nos ipsi, neque nostri amici, neque Honesta fœmina.	Ibid.
Regula præcipua argute dictorum.	118.
DIFFERENTIA ÆTATVM MORVM ET CONDITIONVM, QUÆ SVNT CON- SIDERANDÆ.	119.
Quomodo Honestus Homo debeat se exolvere ab istis diversis conditionibus.	120.
Postremum præceptum conversationis equalium.	Ibidem.
DE CONVERSATIONE FÆMINARVM.	121.
Descriptio Circuli.	122.
Regina & Principes.	123.
Matrona.	Ibid.
De Conversatione Lupara ipsiusq; in commodis.	124.
De Electione qua est facienda in urbe.	125.
De Minutis præceptis.	Ibid.
De Exteriori oris specie.	Ibid.
De vestibus.	126.
De vestium ritu & eorum instructu.	127.
De Munditie virorum.	128.
Minuta præcepta.	Ibid.
DE ACTIONE QUÆ EST ANIMA VBR- BO-	BO-

RORVM.	PAG. 129.
De Tono vocis.	130.
De Oris compositione.	Ibid.
De Faciei motibus.	Ibid.
De Gestu.	131.
Quod femina sint veneranda.	132.
De Complacentia inter mulieres.	Ibid.
Rationes ob quas veneranda sunt femina.	133.
Quod virtus mulierum sit eadem cum illa virorum.	134. & 135.
Quam necessaria sint femina in aula.	134.
De obsequiis mulieribus persolvendis.	Ibid.
Adversus vanos & inconsideratos.	135.
Quod castiores sint frequentius obnoxia obrectationi.	138.
Vitia in conversatione mulierum odiosa.	139.
Maledici.	Ibid.
Blasphemi.	Ibid.
Pertinaces & cogitabundi.	Ibid.
Superbi.	140.
Quod iudicium sit illud quod ordinem & vitæ regimen tribuit.	142.
VARIAE ADMONITIONES IN HVIVSCE TRACTATVS SVSCEPTVM. 143. & seqq.	

F I N I S.

**ERRATA** *Lector benevolus sic corriget.*

Pag. 2. lin. 2. Sycera, pro sydera. Ibid. l. 16. savitia pro, savitia; Ibid. l. 22. distituuntur pro destituuntur. p. 7. l. 12. quod pro ut. Ibid. l. eadem. Matrri, pro Maturi. p. 10. l. 7. acerrima pro acerrima. p. 11. l. 27. justia, pro justitia. p. 13. l. 12. quodque pro quodve. p. 14. l. 5. post respici ponat: sibi. Ibid. l. 13. officiola pro officiosa. Ibid. l. 26. hoc Genium pro hic genius. p. 17. l. 4. obsolutissima, pro absolutissima p. 19. l. 1. mentisque pro mentisque. Ibid. l. 16. decinciemos pro devinciendos. p. 22. l. 17. mictu, pro nictu. p. 25. l. 3. virtuti ipsi pro virtutem ipsam. p. 27. l. 6. quis pro qui. p. 28. l. 26. sint pro sit. p. 30. l. 29. haud pro aut. p. 33. l. 28. sinct, pro finit. p. 46. l. 2. nepus pro nexus Ibid. l. 24. adulterni pro adulterini. p. 55. l. 4. post amicitia pon. & adulterinarum. p. 63. l. 18. propter pro præter. p. 65. l. 7. post, se pon. non. p. 69. l. 3. videnti pro ridenti. Ibid. l. 23. se illis pro nullis. p. 70. l. 3. ut pro aut. p. 71. l. 8. ipsis pro ipsos. p. 91. l. 5. à pro ac. Ibid. l. 12. licet dele. Ibid. l. 28. post habitibus pon. & p. 95. l. 15. amagonis, pro Amazonis p. 111. l. 29. post namque pon. si. p. 113. l. 10. amittat, pro emittat. p. 113. l. 19. numeribus pro muneribus. p. 122. post habent pon. aut. p. 130. l. 13. dangentis pro clangentis, p. 135. l. 4. post est pon: ac.

*Hæc Referantur omiſſa ad*

Pag. 41. l. 29. post vocem instructum pon. se persentificat, & dotibus quas hucusque explicuimus atque insuper maturo.


*Hæc quoque referantur ad.*


Pag. 112. l. 13. post fodicandis pon: quæ nusquam adeo suaves sunt, ut.

**ERRATA** *Marginis Corrigantur ex Indicet.*









OPRAWĘ WYKONANO

w prac. introl.-konserwat.

Biblioteki „Ossolineum“

Data 25.4.64 podpis Urychod

